DE MORBIS VENEFICIS.


CODRONCHIUS.

1595









BAPTISTAE CODRONCHII PHILOSOPHI AC MEDICI Imolensis,

DE MORBIS VENEFICIS Ac Veneficijs.


LIBRI QVATTVOR.

IN QVIBVS NON SOLVM CERTIS RAtionibus veneficia dari demonstratur, sed eorum Species, Caussæ, Signa, & Effectus noua methodo aperiuntur. Postremo de eorum curatione ac preseruatione exactè tractatur: veraque, noua, & experta remedia proponuntur.

OPVS NON MODO MEDICIS, AC EXORCIstis apprimè vtile ac necessarium, sed omnibus litterarum professoribus iucundissimum.

Cum duplici Indice, alter capit um, alter rerum notabilium.

Cum priuilegio & superiorum facultate.



Ad Laatj ... vanslu ...

VENETIIS, M D X C V.

Apud Franciscum de Franciscis Senensem.

NOBILISSIMO MAGISTRATVI, VNIVERSOQVE SENATVI IMOLENSI Prudentissimo

BAPTISTA CODRONCHIVS. S. P. D.

EX præclarissima Stoicorum sententia, Patres amplissimi, cum homines hominum causa geniti sint, & diuinam illam in nos benignitatem quisque hominem iuuando, quæ ad æternam beatitudinem via est, proximè imitari debeat; illud in discrimen reuocatum fuit, vtro beneficio magis prodesse possimus, eonè quod per otium comparatur contemplando, & scribendo, an eo quod per negocia agendo, atque egregia multa nauando, nam plurimi quidem non solum propinquis & amicis, sed etiam rebus publicis, & multis sæpe na-

tionibus magnopere agendo profuere: plurimi vero scribendo; Inter quos illud interest, quod qui per negocia prosunt presentem magis, ac magis perspicuam vtilitatem præstant, opes, patrocinia, honores, libertates, & alia eius generis multa, qui verò per otium si non adeo præsentem vtilitatem, at certè magis diuturnam;ac iniurias temporis, ac fortuna superaturam afferunt, quo pacto disciplinæ, leges, historiæ, artes inuentæ, auctæ, ac per manus traditæ in ætates omnes, in nationes omnes peruenire potuerunt; vtroque autem modo prodesse posse paucissimis semper fuit concessum, quod otium & negocia inter se non parum dissidere solent. Cum autem ego quicunque sim per multos annos in publicis rebus administrandis, ac in fauenda medicina pro uiribus meis quamuis inualidis, incubuerim, & ex quibusdam capitis mei affectibus, qui summoperè ab externis iniurijs, & in negocijs communibus tractandis quotidie magis augebantur, ab omni publicarum rerum gubernatione vacare coactus fuerim, statim ad scribendum me

applica-

applicaui, optans ad communem utilitatem, quo nihil præclarius, ac præstantius esse sapientes duxerunt, uitam, etsi caussarius ac valetudinarius traducere, ideo priusquam à publico munere me abdicarem anno salutis dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo nono de aquis Rioli, ac Vallissenni castrorum vestræ iurisditionis periculis quamplurimis factis, earumque qualitatibus, ac facultatibus cognitis, eas scriptis tradidi, libellumq; vobis libenti animo dicaui, vt paratis alueis, muris, ac tegumentis, aquas illas medico more potari posse, curarent: quod tamen opus quamuis salubre, ac præclarum ob communem morbum, qui statim non solum vestram ciuitatem, ac Italiam, verum & vniuersam Europam diu vexauit, & ob alias subsequentes calamitates, inchoare non potuistis: Postea vt saluti meæ spirituali prospicerem, cum multa ad munus medicum rectè, iusteq; obeundum attinentia collegißem, suasione nonnullorum amicorum, noua quadam inuenta scribendi ratione libros duos de tuta, ac Christiana medendi

 ratione

ratione inscriptos, confeci, ac typis mandaui; Nondum vero illos expleueram, cum non solum Imolæ sed & alijs quamplurimis Ciuitatibus multi reperirentur varijs venefitijs affecti, inter quos etiam fuit vna ex filiabus meis, vt horum morborum cognitionem aliquam adipiscerer, & qua nam ratione curandi essent, discerem, diu laboraui, & quamplures euolui libros: cum autem has lucubrationes collegissem, imprimere, ac uobis Patres Conscripti nuncupare decreui, vt institutum meum de alijs bene merendi prosequerer, & aliquod specimen grati animi vobis ob multa in me collata beneficia, et amplissima in Republica mihi tributa, praeberem; Suscipite ergo læta fronte pro vestra humanitate munusculum hoc, tanquàm meæ erga vos singularis obseruantiæ monumentum, dum alia non minus vtilia in lucem edere paro, Deumque optimum maximum deprecor, vt vobis omnia fortunet, ac diutissime seruet.

Ex ædibus meis, octauo idus Ianuarij Anno à Christo nato. M D X C V.

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI

DE MORBIS VENEFICIS AC VENEFICIIS,

Secundi libri.

Ter-

tacitur-

Quarti libri.

FINIS.

IN LIBROS

DE MORBIS VENEFICIS
Ac Veneficijs.

BAPTISTAE CODRONCHII
Medici.



PRAEFATIO.

Venefici homines ita proprijs affectionibus sũt obcæcati, tanta improbitate, et immanitate præditi, adeoq; principi tenebrarum se obstrinxerunt; vt nullum sit facinus, nullũm ælum, scelusuè, quod non audeant aggredi, ac perpetrare: Ideo in rationalem creaturam non solum sæuiunt multis modis, verumetiam brutis ipsis graues læsiones, necnon necem ipsam inferunt, & externis hominis bonis exitium parant, elementaque ipsa concutiunt. Quis enim omnia eorum flagitia, inuentaque Sathanica, & quam grauia, turpia, ac truculenta sint, verbis explicare poßet? Hominum enim mentes commouent, impelluntq; vt plurimum vehementibus animi motibus succumbi: ad amores improbos, odia intestina, coitusq; vetitos prouocant, terrore, & alijs huiuscemodi animi vexationibus turbant, varios, grauesq; morbos cognitu, ac curatu difficillimos inferunt, Apoplexiam nempè, Epilepsiam, Stuporem, Paralysim, Conuulsionem, Melancholiam, uariaq; deliramenta, dementiam, taciturnitatem, surditatem cęcitatem, dentium stridorem, atrophiam, totiusq; corporis emaciationem,

onem,uirium imbecillitatem,cum languore summo, fe-
res uarias,lepram,ac multos alios,qui fortaßè adhuc me
icos latent: Aliquos ut cum sola uxore non exerceant am
lexus licitos prohibent,nonnullos alios concubitus impo-
entes omnino reddunt,sterilitatem inducunt,fœtus in ute-
o matris interimunt,necnon aborsus faciunt,Lac ex ube-
ibus exterminant,sanguinem ab infantibus adhuc in cu-
is degentibus exugunt,ac eliciunt: dæmones suis precibus
quandoque homines arripere faciunt, tandemq; sola uer-
borum ui,uel prauo eorum intuitu, mortem inferre profi-
tentur;proborum quorundam uirorum,ac mulierum de bo
na fama detrahere,ipsosq;ignominiosos facere student,bru
tis nocent,aut ea enecando,uel lac,conceptusue extinguen
do,rerum uictuinecessariarum penuriam inducunt,frugib.
enim,arboribusq; noxij sunt, uentos, pluuias turbines,
grandines,tonitrua,fulminaq; & alias aeris perturbatio
nes concitant,et ex congregatione rerum alibi existentium
in eo uaria phantasmata,spectra,idola,aues, pugnas con-
fingunt, aeris puritatem corrumpunt, morbosq; immit-
tunt: Nonnullis,qui pro grauioribus delictis in carcerem
coniecti sunt,etiam grauissimis tormentis pro dicenda ueri
tate,taciturnitatem inferre sciunt,sacrilegis excantationi
bus quorumcumq; armorum aciem,& uim sic hebetare,ac
abolere norunt,ut nec ab eis vulnerari, uel quapiam alia
ratione lædi possint,serpentes etiam ità incantant, ut non
solum stupidi,ac soporati uideantur, sed etiam medij rum
pi cogantur:Furibundi tauri per ipsos illicò mitescunt, ca-
nes latrantes acquiescunt, pollutiones cum mulieribus in
somnis procurant,morbos à seipsis, uel ab alijs illatos, uel
sponte genitos per characteres, ignotaq; nomina, uel per
alia ueneficia curare profitentur:mures,locustas,et alia no

xia

xia animalia ab agris pellunt, uel in eos si libet, immittunt: imagines conficere sciunt, à quibus responsa pro furtis detegendis, uel futuris prædicendis accipiunt, uel dæmones Phiala, aut annulo, aut ungue inclusos habere arbitrantur, quos alloquuntur, & quibus præcipiunt, ut sciant occultos thesauros pandere, futura nunciare alicu usuè scientiæ ueritatem edocere, statuasq; faciunt, quæ ex se moueantur, uocesq; promant: multis præstigijs sensus nostros illudere sciunt, metamorphosesque à poetis decantatas quamplures efficere, ac seipsos uel alios in luporum, uel felium, uel auium, aliorumq; similium animalium apparentem formam mutare. Tandem scelesti hi homines mancipantes se dæmonibus sacrum baptisma, cæteraq; ecclesiæ sacramenta, ac demum Christum dominum nostrum abnegant, Crucem Sanctam proterunt, malos spiritus colunt, priuatam uel solennem ante Sathanæ tribunal professionem emittunt, in eius fidem, clientelamq; se conferunt, corpus & animam pro pignore obligant, supra quasdam paginas nigras, & incognitas sacrificia Sathanæ offerunt, nocturnis quibusdam conuentibus interesse, animos castarum uirginum, aliarumque honestarum mulierum corrumpere, quandocunque oblata eis occasio fuerit, pollicentur: dæmonem, quem Martinetum uel alio nomine nuncupant, socium uel custodem accipiunt, qui uoluntati eorum morem gerat, & præsertim ad nocturnas conciones transferat, uel si magis placet in somno recumbentes super latus sinistrum, seu potius à sensibus abstracti cærimonijs quibusdam adhibitis sciant, & experiantur ea, quæ in conuentu fiunt, ac si corpore interessent, in qua concione epulantur, choreas ducunt, genio indulgent, cum dæmonibusque rem ueneream agentes, nunc specie masculi, mo-

do

do fœminæ turpiter immiſcent ſe. Quæ omnia, & alia ſimilia quamuis uera ſint, antiquus tamen naturæ humanæ hoſtis, ſomnia, & aniles fabulas eſſe per miniſtros ſuos perſuadere ſemper conatus eſt; inter multas enim, ac penè inumerabiles pro illius ſagacitate, ac perſpicuitate artes, quas habet, ut homines ad ultimum interitum pertrahat, & honores ſoli Deo debitos ipſi præſtent, nullam proculdubio peiorem, ac efficaciorem exercent artem, quam iſtam magicam, & ueneficam, quam tamen tegere, & hominibus eam non profitentibus uti uanam, ac commentitiam eſſe ſemper inſinuare ſtuduit, ut eam facilius, & uberius illius aſseclæ in perniciem multorum tractare poſsent. ea propter ſcripſit Plato, hæc & cætera huiuſmodi, quo pacto natura ſe habeant, nec facilè ſciri poſſe, nec ſi quis ſciat, alijs perſuaderi. Quid igitur mirum, ſi plerique doctiſſimi medici morbos ueneficos, cum cauſam extrinſecam tum procreantem, tum ſanantem extrà naturam corporum poſſideant, ignorare cogantur, nec ullam opportunam medicinam adhibere poſsunt? Cum autem mihi in multis, præcipuè in quadam filia mea has affectiones obſeruare contigerit, pro quorum cognitione, & curatione nonnulla obſeruaui, ac didici, quæ non parum utilitatis huic rei afferre poſſe uiderentur, opere precium me facturum putaui, ſi pro uiribus hac de re aliqua dicere, quo occulta iſta ueneficorum facultas aperiretur, curationique morborum ueneficorum facilior, & latior pateret uia: Pro quibus diſponendis ordinem doctrinæ ſeruare propoſui, cum enim in re qualibet, quæ noſtrę cognitioni ſubijcitur, imprimis quæratur an ſit, deinde quid ſit primo loco nonnullis medijs ueneficia, ueneficosq; morbos eſſe oſtendam, deinde quid ſint pro Philoſophorum ſententia aperiam,

quo-

quorum rationibus examinatis, ac reiectis, Theologorum uestigia sequutus, meam sententiam afferam: Et quoniam mihi propositum est, non solum ostendere hos morbos esse, & quinam sint, uerum etiam qua ratione curari possint, & audax temerariusque sit ille ex Arist. 2. Eth. qui nihil timet, & omnia sine discrimine aggreditur, ut hanc temeritatis notam euadam, antequam curationem proponam, operepreciumesse duxi differere, an huiuscemodi morbi possint curari, & qua ratione; cum autem morbi nequaquam curari possint, nisi cognoscantur ideo & signa proponam, quibus horum morborum aliqua notitia haberi possit, & singula Deo dante suis locis disponam.



DE MORBIS VENEFICIS, AC VENEFICIIS.

BAPTISTAE CODRONCHII Medici.

LIBER PRIMUS.

VENEFICIA, ET VENEFICOS MORBOS esse ex sacris literis, sanctaq; Ecclesia probatur. Cap. I.



VAERERE an veneficia, morbique uenefici in rerum vniuersitate reperiantur, an potius commentum aliquod sit quorundam, non est certe inutilis quęstio, quam tractare decreui, non eo tamen animo, ut in controuersia ponam ea, quæ perspicua sunt, si quidem maleficas, & ueneficio affectos passim circumspiciamus, cum nemo sollicitus, anxiusq; esse debeat,

 aliis

alijs semper ueritati aduersantibus, quod Arist. ipse in Topicis dicere consueuerat, etenim qui sensum negat, sensus pœnam dare tenetur, neq; firmum habet cerebrum, qui ratiocinationes sensui videtur anteponere. Attamen cum in tanta rerum claritate plerique hallucinati adeo fuerint, ut hæc negare ausi sint, fictiones & somnia esse existimantes, vt eorum dementia patefiat qui rebus quã tumuis manifestis, & notis aduersantur, hanc quæstionem proposui; & quamuis causæ horum morborum nos penitus præterirent, quæ tamen manifestæ sunt, nihilominus fictiones, & somnia esse existimare nõ deberent, sexcenta enim eiusmodi inuenire licet, quorum rationem assequi nequimus, cum tamen manifesti sint effectus, quinimo risu digni uidentur illi, qui nimis anxiè in perquirendis singularum rerum rationibus incumbunt, & ex omnibus naturæ miracula funditus tollũt, quoniam ubi causę ratio nos latet, illinc peruestigandi nobis exordium nascitur, quocircà philosophiam è medio tollere uidentur, qui

vene-

veneficijs utpote naturæ prodigijs fidẽ non habent: sed de philosophis antiquis non miror, qui tot uanas opiniones de ueneficijs habuerint, quot in sequentibus reijciam, cum causas habeãt omnem humanam intelligentiam fugiẽtes, etenim hominum intellectus, qui artium, & scientiarum principium est, Dei optimi maximi imago, & similitudo est, in quo ut in perfectionis principio, & fine, complementum reperitur, & antiqui philosophi huius immensi, ac infiniti principij fontem & originem omnis ueritatis continentis perfectam cognitionem, non habuerint, hinc euenit, vt veluti cæci, modo hanc, modo illam, de qualibet re sententiam dicerent, ignotæ immensitatis imaginem præseferentes, & veritatis scopum nõ attingentes. Sed de quibusdam Christianis philosophis, ac medicis mirari licet, quibus Deus sermonem suum manifestauit, qui ab omni falsitate purus est, & omni obscuritati lucem affert, & ueneficia, ueneficosque detestetur, aduersusque eos pœnas capitales statuat, & tamen fabulas esse, vel

à causis naturalibus solum fieri arbitren-
tur, Deus enim in priori testamento ma-
gas, & maleficias non solum uitandas es-
se, nulloque in consortio habendas, ve-
rum & interimendas esse præcipit; quod
non iuberet Deus, nisi reuera multa ma-
leficia scelesti homines procurarēt coo-
perante dæmone, in Exodo enim ita cla-
cap.22. mat Dominus, Maleficas non patiaris
cap.18. uiuere, & Deuter. nec inueniatur in te,
qui lustret filium suum, aut filiam, ducēs
per ignem, aut qui ariolos sciscitetur, &
obseruet somnia, atque auguria, nec sit
maleficus, nec incantator, neque pytho-
nes consulat, nec diuinos, & quærat à
cap.19. mortuis ueritatem, &c. & in Leuitico,
cap.20. non declinetis ad magos, nec ab ariolis
aliquid sciscitemini, ut polluamini per
eos. Et rursus, anima quæ declinauerit
ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit
cum eis, ponam faciem meam contra
eam, & interficiam illam de medio po-
puli sui. Et iterū: Vir, siue mulier, in qui-
bus pythonicus, vel diuinationis spiri-
tus fuerit, morte moriatur, lapidibus ob-
cap.1. ruuent eos, ideo Ochozias infirmus pro-

pter

pter hoc peccatum mortuus eſt, ut habetur 4. Regum. Cuius iuſtiſſimi præcepti hanc attulit Philo rationem: Non ſinit noſter legislator procraſtinari ueneficorum ſupplicia, ſed abſque mora vult exigi, quod dilatio noxijs opportunitatem peccandi præbeat, cęteris metum afferat, exiſtimantibus quicquid illorũ uitę accedit, ſuæ ſecuritati decedere: idcirco, ſicut uiperas, aliasque uenenoſas beſtiolas prius quam mordeant, aut ſaucient, aut etiam ſe commoueant, ſine mora ad primum aſpectum occidimus, præcauendo naturalem eorum malitiã priusquam noceant, eodem modo huiusmodi homines plectẽdi ſunt, qui magicis ſuis artificijs, & maleficis artibus incautos homines non ſolum errore implicant, ſed graues calamitates intrudunt. Libro etiam Exodi ſcribitur, uocaſſe Pharaonem ſapientes, & maleficos, & feciſſe etiam ipſos per incantationes Aegyptiacas, & arcana quædam ſimiliter, & alibi, feciſſe & maleficos per incantationes ſuas ſimiliter, eduxiſſeq; ranas ſuper terram Aegypti, cap. 7 cap. 8

cap. 33 quæ magorum opera uera fuisse opinã
tur. Origines, & S. August. & 2. Paralip. in
ter alia scelera Regis Manassis hæc con
numerantur, obseruabat somnia, & se
ctabatur auguria, maleficis artibus in-
seruiebat, habebat secum magos, & in-
cantatores. Dauid etiam meminit de ue
nifico excantante sapienter aspidem, ob
psal. 57 id obturantem aures suas, cum dixit: Si
cut aspidis surdi, & obturãtis aures suas
quę non exaudiet uocem incãtantium,
& uenefici incantantis sapienter. His,
cap. 3 & multis aliis omissis ex ueteri testamẽ-
to, uidetur illud apud Apostolum con-
gruere: O insensati Galatę, q̃s uos fasci
nauit, & rursus, magis dilucidè, ac pecu-
liariter horum improborum hominum
uitia detestans, scribit: Manifesta autem
sunt opera carnis, quę sunt fornicatio,
immunditia, idolorum seruitus, uenefi-
cia, inimicitię, &c. quę prędico uobis,
quoniam qui talia agunt, regnum Dei
non consequentur, quibus in locis opti
mi, & doctissimi quique interpretes, tum
recentiores, & pręsertim D. Thomas,
uno consensu asserunt, esse quosdam ma

le-

leficos, qui Sathanica arte & uia, hominum animos, corpora, uitam denique ipsam, lędant. Imo ante D. Paulũ hos magos Dominus prædixit, dicens: Surgent pseudoprophetę, & dabunt signa, & prodigia, non utique alia quam arte magica. Præterea historię Ecclesiasticę testãtur quam admiranda opera Simon Magus ediderit magicis incantationibus, Irenæus libro cõtra Valentinum, & Eusebius lib. 2. hist. eccles. Sed quid amplius moror, nonne & ipsa sacrosancta mater Ecclesia ĩ Sacerdotali Romano, agit luculenter de maleficiis, & docet, qua ratione dęmones corpora ingrediantur, in omnibus ueneficiis pactum explicitum, uel implicitum adesse, quibus signis maleficio affecti, & dęmoniaci cognoscantur, & tandem multos proponit exorcismos pro abolendis maleficiis, facturis, ligaturis, & incantationibus: Quis igitur Christianam religionẽ professus, audebit in posterum ueneficorum hominum praua opera negare, cum à sacra scriptura, sanctaque Ecclesia concedãtur, quicquid enim per scri

pturam sacram, & sanctam Ecclesiam decernitur, sit prorsus absque ulla dubitatione credēdum, & quamuis ratio humana, uel auctoritas siuę Aristotelis, uel cuiuscunque alterius, esset in oppositū, ea non est admittenda, quoniam ab homine emanat, qui ut in pluribus opinione decipitur, & in caliginoso, & umbratico mundo uerum discernere non potest, ideò scripsit S. August. diuinę auctoritatis humana cedat infirmitas, & d. Hier. clarę & certę auctoritati diuinę cedat ratio; quapropter probare non possum illos, qui secundum principia philosophię, vel alterius scientię ueneficia reiicere nituntur, cognoscentes ueritati Christianę cōtradicere, ad refugiū turpe, & callidum confugientes, se isthęc probare, & asserere ut medicos, vel philosophos, non ut Christianos, cum non deceat uirum Christi sectatorem ea probare uelle, quocunque prętextu, quæ ueritati Christianę repugnant, cū nos ut Christiani & loqui, & docere in hac re debeamus, non ut medici, uel philosophi, qui a ueritate longè aberrarūt,

lib. 10. de ciuit. Dei cap. 31

& ſi magnus ille Hippocrates ſolo naturę lumine ductus, noluit quicquam operari, dicere, uel agere, quod eſſet religioni ſuę contrarium, quanto magis Chriſtum profitentes, cuius gratia & fauore illuſtrati ſunt in ueritate agnoſcenda, nihil diſputare, ac exiſtimare debent quod Chriſtianę ueritati quidquam detrahat: ſcribit enim Hippoc. ad pręfectum Helleſponti, Perſarum diuitiis uti ſibi non licere, neque barbaros homimines a morbis liberare, qui hoſtes sūt Gręcorum, quęſo indicent mihi uiri iſti qua ratione ex principiis medicinę elicere poſſint, quod barbari homines, & hoſtes curari non debeant a medico, cum oppoſitum potius doceat medicina, nullumque reijciat hominem curandum, imo ęqualiter omnibus ſuccurrat, in quorum gratiam cœlitus eſt data.

EX CONCILIIS, IVRIBVS CANONICIS, Constitutionibusq; Pontificijs maleficia probantur. Cap. II.



HVius rei ueritas secundo loco venit firmanda magis sacrorum Conciliorum testimoniis, nã si doctrina vnius tantum Doctoris sæpius sat est ad aliquid probandum, siue sit D. Hieronimi, vel D. Augustini, quanto maiorem auctoritatem debent habere Conciliã in Spiritu Sancto legitimè congregata, et à tot, tamque grauissimis uiris definita. Libertinum itaque Concilium statuit, illi non esse in extremo uitæ impartiendam sacram communionẽ, qui maleficio interfecerit alterum, eo quod sine idolatria perficere scelus non potuerit. Concilium Laodicenum, quoniam non decet ministros altaris, aut clericos, magos, uel excantatores esse, vel facere quæ dicuntur phylacteria, quę sũt magna animarum autoramenta, ideo hos ab ecclesia proiici iubet. Concilii Carthaginẽsis quarti decretis quis nõ adhibebit fidem, quibus confirmandis, & ap-

can.36 *ca.89* *ca.90*

& approbandis duccēti quatuordecim Episcopi subscripserunt, quod quidem Concilium augurijs seu incantationib. inseruientes à conuentu ecclesiæ separandos esse, exorcistasque quolibet die energumenis manus imponere debere præcipit. Ancyrianum Concilium hortatur Antistites, eorumque ministros, vt omnib. uirib. elaborent, studeantq; perniciosam, & à dęmone inuentam sortilegam, & maleficam artem, penitus ex parochijs eliminare. Concilium Agathense, perquirendum est, inquit, si aliqua foemina sit, quæ per quædam maleficia, incantationesque mentes hominum immutare se posse dicat, & quę sequuntur. Turonensis synodus tertia, statuit, magicas artes, excantationesq; pro curandis hominum morbis, nullum auxilium pręstare posse, non animabus languentibus claudicantibusue, uel etiam moribundis quicquā mederi, nec ossium ligaturas, uel herbarum, cuiquam adhibitas prodesse, sed esse laqueos, & insidias Sathanæ, quib. ille genus humanum decipere nititur. Interim silentio inuolue-

lib. 6. c. 7

lib. 8

cap. 42

re

re uolo, quę Antisiodorense Concilium can. 6. Parisiense libro 3. cap. 2. synodus Moguntina cap. 101. & Conc. Mediolanense primum, de maleficis, ac eorum maleficijs statuunt. Testimonia sacrorum Cociliorum, sequitur auctoritas sacrorum Canonum, quæ plurimi facienda est, cum ex ipsis Conciliis ex ecclesiæ determinatione, ac definitione, sanctorumque Doctorum testimonijs depromantur. Gratianus ergo 2. parte De-
33. q. 1 creti hortatur ægrotantes maleficio, ut remedia ab ecclesia proposita, sectari
q. 5. uelint, & causa 26. ex S. Isidoro, magorum facinora describit audentium etiã suis malis artib. aliquos interimere, necromanticorum, hydromãticorumque ethimologiam aperit. Præterea his artibus ascribit superstitiosa quælibet remedia, pręcantationes, characteres, suspensa ui naturali carentia, ex pestifera hominum, ac dęmonum societate exorta, quam artem Deum permittere ait, ut homines qui in fide firmi sunt, probentur, & mali qui mendacio credunt, per
q. 2. sua desideria seducantur: Deinde non

ui-

uitam, ſed mortem eſſe curationem, ſeu inquiſitionem à magicis artib. expetitam, quas artes ex traditione malorum angelorum in toto orbe plurimis ſęculis inualuiſſe, tradit. Tādem de uarijs ſuperſtitionum generibus illicitis, de magica curatione, ac diuinationum generibus agit, præcipiens auguriis, uel excantationib. ſeruientes a conuentu Eccleſię ſeparandos, ſortilegia artemque magicam omnib. modis eliminandam: et in q.7. admonet, ęgritudinib. hominum ſeu brutorum animalium, incantationes, magicaſque artes nihil remedii conferre poſſe, & eſſę laqueos, inſidiaſque Sathanę. In Decretali horum ueritas magis roboratur, ubi de frigidis, ac maleficiatis agitur, & Doctores omnes uno cōſenſu diſtinguūt maleficium, in perpetuum, & temporarium, declarantes qua ratione maleficium dirimat contractū, uel contrahendum matrimonium impediat, nam ſi maleficium ſuperueniat matrimonio ante copulam carnalem, ſi eſt perpetuum, impedit, ac dirimit ipſum, quam ſententiam non proferrent,

q.1.

q.5.

ſi

ſi effectus illuſorij,& phantaſtici,uel nulli nec pœnas maleficis ſtatuerent. His accedit auctoritas Pontificum, qui uarias aduerſus ueneficos ediderunt conſtitutiones,Ioannes enim uigeſimus ſecundus in Conſtitut.q̃ incipit; Super illius ſpecula,ueneficos,artemque ueneficam exagitando, talia profert uerba, cogitamus quamplures eſſe, ſolo nomine Chriſtianos, qui relicto primo ueritatis lumine, tanta erroris caligine nubilantur, quod cum morte fœdus ineunt, & pactum faciunt cum inferno,demonib.enim imolant, hos adorant, fabricant, & fabricari procurant, imagines,annulum,uel ſpeculũ, uel phialam, uel rem quamcunque magicè ad demones inibi alligandos,ab his petũt reſpõſa,atque recipiunt,& pro implendis ſuis deſideriis auxilia poſtulant, pro re fętidiſſima fœtidam exhibent ſeruitutem, quibus poenam excommunicationis,& alias ſtatuit.Innocẽtius octauus, ĩ Cõſt. cuius initium eſt;Summis deſiderantes affectibus, ita dilucidè, & abundè omnia ferè horum impiorum hominum ſcelera

era explicat, ac deteſtatur, ut amplius dubitandi non reliquerit locum, meminit enim de īcubis, & ſuccubis, de abortibus, de fructuum, ac ſegetum extinctione, doloribus, & aliis morbis, quos infligunt uenefici, de Coitus impedimēto, baptiſmi abnegatione, quæ omnia ſi hic deſcriberentur, nimis protraheretur oratio; Et huic ſimilem promulgauit Conſtitutionem Alexander ſextus, & eſt duodecima aduerſus Galliç Ciſalpinæ ueneficos, qui ueneficiis, uariiſq; obſeruationibus multa nefaria maleficia cōmittebant. Leo decimus, ī Conſt. 11. refert, ſortilegia, excantationes, diuinationes, ac ſuperſtitiones, eſſe iure Cæſareo, ac Canonico prohibitas, uariaque imponit ſupplicia veneficia agētib. & in Conſt. 38. tribuit auctoritatem Inquiſitoribus capitis iudicum facere aduerſus veneficos Brixienſes, Bergomateſque, quos pernicioſum, ac damnatiſſimum labe hæretica genus hominum appellat, eo quod ſacro baptiſmo renūciarent, Dominum abnegarent, & Sathanæ corpora, & animas cōferrent, & quā

plu-

plurima maleficia, ac ſortilegia exercerent, & cum maleficorum peſtis magis in dies ſerperet per eaſdẽ Galliæ Ciſalpinę regiones, malefici enim quamplurimi nefanda crimina, ac ſcelera patrabant; Adrianus ſextus in Conſt.. quinta deteſtatur huiuſmodi ſectam, & operationes prauas, aduerſus quas, & ipſas pęnas ſtatuit; & quoniam nulla ætas fuit unquam, quæ fuerit uacua maleficis, ultimis his dieb. etiam Sixtus Quintus, in Conſtitutione, quam aduerſus exercentes aſtrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera edidit, nefarias artis magicę incantationes, inſtrumenta, ac ueneficia damnat, peculiariter uero eos, qui maleficijs ſterilitatem inducunt, aut ne concipiant mulieres, ſeu pariant ueneficis medicamẽtis impediunt, aduerſus quos grauiora ſupplicia minatur, ac ſtatuit; Nec ab his ne latum quidem unguem ut dicitur, diſceſſerũt Iuris põtificij Interpretes, p̃ſertim Archidiaconus, Turre cremata, ſuo Carnotẽſis ĩ ſuo decreto, Burchardus ĩ toto
par. 11. l. 10. Decretorũ, & oẽs alii ĩ rub. & tit. de ſortilegiis.

(SAN-

SANCTOS DOCTORES, THEOLOGOS, ac Summistas esse veneficia, concedere. Cap. III.


VM sancti Doctores, ac Sacri Theologi tanquam patres, & magistri, doctoresq; à diuinis Cõcilijs recipiantur, ac venerentur; hi enim sunt, quibus Deus opt. max. sacrarum literarum arcanos patefecit sensus, voluntatemq; suam reuelauit, hi nobis implicata explicant, obscura illustrant, aspera plana faciunt, difficultates itinerum explorant: hi sunt veri illi terræ promissionis exploratores, quę in ipsa sunt referentes. Quis itaque his exploratoribus, & explanatoribus fidem non adhibebit, qui veneficia re ipsa esse in rerum natura, non imaginariè, ac illusoriè affirmant, ac probant? scilicet, enim Isidorus ait, maleficos dici ob facinorum magnitudinem, quoniam elementa, mentes hominum turbant, & absque ullo ueneni hausta uiolentia tantũ carminis interimunt; D. Aug. scriptum reliquit, superstitiosum est quicquid in- *8. ethim. cap. 9.* *2. de doctri. chri. cap. 19.*

ſtitutum eſt ab hominibus ad facienda, & colenda idola, pertinens vel ad colendam ſicut Deum creaturam, uel ad conſultationes,& pacta quædam ſignificationum cum dęmonibus placita, atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, ad quod genus pertinent omnes ligaturæ, atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcantationibus, ſiue in quibuſdam notis, quas characteres uocant, ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendendis, atque ligandis, &c.

ca.23 poſtea ſuadet mathematicam, artem diuinatoriam, ac magicam, ac alias huius generis uitandas eſſe a Chriſtiano tanquam noxias, ac nugatorias. Ex quadam peſtifera ſocietate hominum, ac dæmonum, quaſi pacta infidelis, ac

lib. 8. de ciuit. Dei ca. 19 doloſæ amicitię conſtituta. Et alibi idẽ ſanctus Doctor aduerſus magicas artes, de quibus quoſdam nimis infœlices, & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonum, publicam lucem teſtem citat; Cur enim, inquit, iſta plectuntur ſeueritate legum, ſi operа ſunt

ra sunt numinum colendorum, an forte istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur secundum quem aliũ sensum, nisi quod hęc maleficia generi humano perniciosa esse non dubium est? Et post nonnulla agens de Apuleio de magicis artibus accusato, affirmat, omnia miracula magorum fieri doctrina, & opera dæmonum. D. Io. Chrysost. scribit; Potiones a medicis propinatas, sumendas esse, nec curiosè inquirendum, quales eæ sint, imò uti sanitati conducentes habendas esse, at si sint ueneficorum, magorum, uel excantantium, non solum esse exquirendum quales sint, uerumetiam, & uocem esse fugiendam, ùtpotè lethiferam. D. Hier. etiam in vita Hilarionis, narrat de quodam iuuene, qui cum uirginem Deo sacram ad turpes amores illicere nulla ratione potuisset, eum ad magicas artes cõuersum, adeo illis profecisse, ut uirgo insano illius iuuenis amore fureret. Angelicus Doctor asserit, opinionem tenentem maleficium nihil esse in mundo, omnino

De fato Ser. 7.

4. sent. dist. 34. q. 3.

esse contra authoritates sanctorum, &
& ꝓcedere ex radice infidelitatis; Quia
vbi authoritas sacræ scripturæ dicit
quod dæmones habẽt potestatẽ supra
corporalia, & supra imaginationẽ ho-
minum, quãdo à Deo permittũtur, illi
qui dicũt maleficiũ nihil esse in mũdo,
nisi in existimatione hominũ, etiã non
credunt esse dęmones, nisi in opinione
vulgi, quod tamen fidei cõtradicit, quæ
tenet angelos aliquos de cœlo eiectos
esse. Et idem sentiunt omnes Theologi
pręsertim S. Bonau. Richardus, Ioa. de
Basolis, Ioan. Maior. Durandus, Sylue
ster Prierius, & Scotus, qui ait, impotẽ-
tiam coeundi casualem, & non natura-
lem fieri per malignos spiritus; Qui ha
bentes pactiones cum hominibus ser-
dist. 7. uant promissa, &c. Quò omnes, & alij
etiam in 2. Sent. uno cõsensu scribunt,
magos, & maleficos uirtute dæmonum
Deo permittente, miros effectus, &
non phantasticos producere posse. Vt
interim sileam multa alia uberrimè de
lib. 3. ca. operationibus veneficorum pertracta
103. ta à D. Thoma, in summa contra gen-
tiles,

ſiles, & alibi. In eandem ſacrorum Theologorum opinionem omnes ſummatim ſcribentes uenerunt, pręſertim S. Antoninus agens de uariis diuinationis ſpeciebus, ſtatuit omnem diuinationem eſſe capitale delictum, & excantationes, uſus rerum, quæ uirtute naturali careāt pro ſanitate acq̃rēda, uel ſi cū ſuꝑſtitione, & characteres aliquos, vel verba ignota fuerint adhibita, eſſe peccatū grauiſſimū; Poſtremo uerba facit de excantationibus, maleficijs, ac faſcinatione, quæ ad nocendū hominibus adhibentur. Angelica de variis ſuperſtitionum generibus ſcribit, & qua ratione ſuperſtitioſa, ac uana remedia, à naturalibus ſecernantur, docet, maleficoſque, & carminatores morte æterna deportandos eſſe ſtatuit. Caietanus maleficos eos dici teſtatur, qui coniugum copulam carnalem impediunt, pueros lædunt; uel interimunt; Et quęuis alia mala incantationibus ſuis inferunt, & peccatū horum duplici nomine eſſe capitale, cum ex inuocatione dæmonum tū

par. 2. tt. 12. ca. 1.

lib. ſuperſtit.

lib. maleficium.

Inq. malef. ex lęsione, quæ hominibus infertur, Syluester scribit, maleficium præter multas significationes, accipi pro damno illato a dæmone medio fœdere inito cum maleficia, & nonnunquam pro signo pacti, vt est infixio gladij intra circulum, plumarum inuolutio, imago cerea cum accubus infixis, qua ratione edoceantur uenefici a dęmonijs sanitatem, vel morbum inferre, uel venerem præpediri; Nauarrus etiam ipse In Enchiridio. cap. 11 multa scribit de ueneficijs, & probat, sanitatem, uel morbum, qui ex operibus magorum, uel excantantium proueniunt, non posse ex ui uerborum, uel rerum aplicatarum fieri, sed ex facultate tantum dæmonis. Et hæc uel similia explicant alii etiam graues auctores, ut Hostiensis, Raymundus, auctor Rosellæ, Armillæ, & Medina.

IVRA CAESAREA SATIS superque ueneficia probare. Cap. IIII.



I ista ueritati non essent cõsona, qua ratione Romani in legibus duodecim tabularum ea interdixerunt, & pœnas magis, ac ueneficiis irrogarunt? Verba ipsarum legum Decemuiraliũ sunt ex Beroaldo desumpta hæc; Qui fruges excantasset, qui malum carmen incantasset, & illud. Neue alienam segetem pellexeris: Præterea cum Imperatores Romani grauiora supplicia, quę in suis constitutionibus habent, aduersus hosce flagitiosos homines statuerint, in quibus naturæ inimici, ac generis humani aduersarii, & propter eorũ scelera malefici nuncupantur; Si ista vana, ac delusoria essent, vanum etiam ac inutile fuisset aduersus ea leges condere, ac promulgare; In codice igitur Iustinianeo scriptum est; Nemo aruspicem consulat, aut mathematicum, uel ariolum, sileat omnibus diuinandi potestas: alioquin supplicium capitis gladio ultore ferret prostratus; Et qui arte magica

C. de malef. et mathem. l. nemo C. de maleficis & l. multi.

magica uitæ innocentum insidiantur, animos mulierum ad libidinē flectūt, bestiis obijciantur. Decernunt etiam leges ad horum accusationem quemlibet admitti, sicut & Canon in sexto de hæreticis admittit, quasi in crimine lęsę maiestatis, ipsam enim propemodum pulsant diuinā maiestatem. Ideo quilibet, nulla dignitate suffragante, questioni subiicitur, & si facinus suum detegat; uel conuincatur, iubet, aculeo esse deditum, ungulisque sulcantibus latera pœnas dignus suo facinore perferre; Olim enim duplici pœna malefici plectebantur, capite, & ungulis ad corporis dilacerationem: uel deuorandi bestiis obiiciebantur. Inualuit postea consuetudo, vt igni comburendi tradantur, fortasse propter sexum fœmineum: Preterea leges prohibent participationem, ut non liceat ipsis ad limen altaris accedere, alioqui cōcremari, vel ut alij eos recipere uel consulere possint, imposita pęna deportationis in insulam, & publicationis bonorum: Quas quidem pœnas iura non imponerent

C. in fauorem fidei.

ponerent, nisi esset uerissimum, maleficos reipsa conuenire cum dęmonibus ad effectus, ac læsiones, ut dicunt, reales. Adde à legibus cōmendari, ac præmio dignos haberi, qui maleficos deferunt. Ex quibus omnibus luce meridiana apertum fit, maleficos esse, qui auxilio dęmonum multa facinora patrare sciunt; Cur enim de iis leges essent scriptę: si nulli unquam extitissent? Cur pœnę in eos sancitæ? neque enim de his rebus, quę non sunt leges promulgantur. Nec par est earum rerum, quę non sunt, & quę non apparent in iure ciuili esse iudicium, quemadmodū Iurisconsulti docent. Cum quęreretur à sapiētissimo illo Atheniensium legislatore Solone, cur nullam aduersus parricidas legem scripsisset? Respondit, quod neminem unquam parricidam fore suspicaretur.

EX PLATONE PLATONICISQVE
veneficia dæmonesque esse. Cap. V.



Veneficia, dæmonesque veneficiorum authores à Platone, Platonicis, Academicisve non tam ratione probatum est, quam pro rato positum, quod penè infinitis historiis, abunde testatum uidetur. Quibus non assentiri, magna est temeritas? Platonē enim longè omnium quicunque scripserūt, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate Tullius principem appellat, ut philosophorum Deum veneratur, & non linguæ solum, sed & animi, ac uirtutis magistrum amplectitur. Cui etiā tātum tribuit, ut cum eo errare potius uelle dixerit, quàm cum aliis uera sentire. Vt non sit mirum si D. Aug. etiam eum magnis encōmiis exornet, virum sapientissimum, ac eruditissimum temporum suorum nuncupans, vt qui ita locutus sit, vt quæcunque diceret, magna fierent, & ea locutum esse, ut quomodocunque diceret, parua non fierent. Et Labeonem inter semideos cō-

numerandum existimasse; Qui sanctus Doctor etiam Platonicos omnium philosophorum nobilissimos appellat, & probat, vt qui à Christianis minimum dissenserint. Et in aliquorum libris aliqua inuenerit Christianę doctrinæ consentanea; Addēs Simplicianum illi gratulatum esse, quod Platonicos libros legerit; cum aliorum philosophorum scripta plena fallaciarum, & deceptionum sint; In Platonicis uerò omnibus modis insinuetur Deus, & eius uerbū. Plato itaque in Conuiuio non solum probat dæmones esse, uerumetiam artem magicam opera ipsorum exerceri; & in lib. 11. de legibus, manifestius propositum nostrum explicat, cum scribit; Bipertito generi humano venena officiunt, primo enim modo corporibus corpora secundum naturam lædūtur; deinde magicis veneficiis, & cantibus, nodisque quibusdam persuadētur iis quidem qui officere student, posse id assequi, iis uero facile admodum ab illis veneficio lædi posse; Hæc uerò, cæteraque huiusmodi quo pacto natura

se ha-

ſe habeant, nec facile ſciri poſſunt, neque ſi quis ſciat, aliis perſuaderi. Sed animis hominum circa hęc ęgrè, ſuſpitioſeque inter ſe affectis, haud admodũ dignũ eſt conari ꝑſuadere; Vt ſi cerea ſimulachra ſiue in ianuis, ſiue in triuio, ſiue ĩ monumẽtis parẽtũ uiderint, hęc omnia deſpiciant; cũ certã de his opinionem nullam habeant &c. Qui ueneno nocere nititur, ſi corporibus id illaturus eſt, niſi medicinę peritus ſit, quid agat ignorat, ſimiliter qui magicis cantibus id tentat: niſi aruſpex mõſtrorumque interpres ſit &c. Quibus deinde addit, quod quãdo quis nobis, inductionibus, cãtibus, & ſimilibus ueneficiis ad nocendum paratus deprehenſus eſt, ſi aruſpex, aut prodigiorum interpres ſit: cui datur quo in loco præter alia, manifeſtum eſt, antiquiſſimum eſſe inuentum ipſis ueneficis, cereas imagines effingere, quibus nunc noſtri malefici utuntur paſſim, ut cooperante dęmone homines grauiſſimis morbis, doloribus pręcipuè, tormentiſque uariis, ac etiã morte afficiant: Qui tamen

nunquam

nūquā Platonē legerūt, nec legere potuerunt, cū ut plurimū, huiuſmodi malefici ſint rudes, & literarum ignari, ac mulierculę, quę tamen à Sathana erudiuntur: Pręterea in Charmide agit de curatione per excantationes, tradēs, ad capitis dolentis medelā foliū quoddā, cui addita ſit incantatio quędā. Quam ſi quis adhibeat, folioque utatur, ſanitatē reſtitui. abſque uerò excātatione foliū nihil cōferre, vbi patet aduerſus Peripateticos morbos etiā curari poſſe poteſtate ſpirituali corporū naturā uincente, cū foliū uirtute naturali nihil efficere poſſet, adhibita uerò incātatione, dolor aboleatur, cū id præſtetur à dęmone modo nobis ignoto ſanante. Mercurius Triſmegiſtus ſcriptor antiquiſſimus, à quo ſecta Platonica ſumpſit exordium in Aſclepio pluribus in locis de dęmonibus uerba facit: & qua ratione dęmoniacos ſpiritus euocatos imaginibus indiderit, rituſque, & ſacrificia addiderit, primus de ordine dęmonum ſapiētiſſimè diſputauit, nullamque eſſe mūdi partē dęmonū præ-

ſentia deſtitutam, ac multa de communicatione hominum cum dæmonibus ſcripſit. Quæ etiam in ueteribus Pythagoreis multorum hiſtoria teſtantur, & maximè à Philoſtrato in Apollonio Tyanæo, qui propter hanc uaria miracula ſuis temporibus edidiſſe dicitur. Inter Platonis aſſeclas Porphyrius in epiſtola ad Anebonem ſacerdotem, variis, grauibuſque quæſtionibus referta multa diſputat de dæmonibus, uaticiniis, & magica arte, aſſerens ita notum eſſe magorum artificium; Et ſupra mortalium conditionem opera quædam fieri; ut probatione non indigeant. Iamblicus in libro de myſteriis Aegyptiorum Chaldæorum, Aſſyriorum, agit de differētia Deorum ad dæmones, quod iniuſta ſupplicia inferūt dæmones improbi; præterea etiam de ueneficis uerba hēt, quod quando ueneficus aliquis imprecationibus ſuis deducit deſuper in aliquā calamitatē; vtitur ad hoc naturalibus quibuſdam; Rurſus de dęmonibus ait, in rebus terrenis, humaniſq; poſſe quamplurimum; Ideo ardorem

ad illi-

d illicitum coitum in nobis frequen-
er ab eis accendi. Proclus in Commẽ-
ariis in Alcibiadem Platonis numerat
quinque genera dæmonum, diuersaq;
eorum officia. Maximus Tyrius quod Ser. 26.
poetę fabulantur de Minerua iram A-
chyllis in Agamenonem cohibente,
aut nebulam ex oculis Diomedis di-
scutiente, id totum dę dæmonibus in-
terpretatur; Quos in plura genera diui-
dit. Michael etiam Psellus lib. de dæ-
monibus ex quodam Marco, dæmonũ
sex genera facit, igneum, aereũ, aqua-
tile, subterraneum, & lucifugum seu
imperscrutabile, ac penitus tenebro-
sum; scribitq; veneficia, atque Magiam
non uanum nomen sortitam esse, sed
vim quandam possidet; Veneficium
enim ars quædam est circà materiales
dæmones, & terrestres, simulachra dæ-
monum prouocans in aspectũ, & alios
quidem veluti ab inferis excitat, alios
autem ex alto deducit &c. Et ne nimis
sermo protrahatur, omittam ea, quæ
de dæmonibus, ac ueneficiis scripta
sunt à Calcidio in interpret. Thimæi;

à Lucio

â Lucio Apuleio de Deo Socratis, à Plotino de proprio uniuſcuiuſque, à Zenocrate lib.de Morte, cum ex ſuperioribus ſatis abundè Platonicorum opini ſit manifeſta.

ARISTOTELEM, AC PERIPATETICOS *cognouiſſe dæmones, & eorum maleficia, ex eorum tamen principijs minimè probari poſſe. Cap. VI.*

NVnquid Peripatetici preſertim eorum princeps Ariſtoteles cognouerint hos morbos ſupra naturã corruptibiles, & eorum cauſas, quamuis difficilimum uideatur quid certi ſtatuere. Ego tamen exiſtimo ab ipſis cognitos, & conceſſos fuiſſe, quamuis non negauerim ex illorum principiis nequaquam nos expiſcari poſſe eorum cauſas, demonem uidelicet, & conſequenter nec morbos ipſos, cum illius quod non eſt, nulla ſit actio. Ariſtoteles enim ita naturæ fuit addictus, ut ea ſola in philoſophando probauerit, quæ cũ eiſdem principiis cõuenirent, & ex eiſ-

dem

lem deducerentur; Quare de diuinis, & incorporeis, quæ a ſenſibus ſeparata, ea tantũ poſuiſſe uidetur, & in ſua philoſophia vſurpaſſe, ad q̄ humanus animus ex ſenſibiliũ obſeruatione induci poterat. Et ſine q̄bus naturę effectus in rebus corporeis nõ poterãt cõmodè explicari; ſic.n.ille de Deo, diuiniſque intelligẽtiis cęleſtes orbes mouẽtibus egit. Ad id aũt dæmonũ varietas in elemẽtari regione nõ uidebatur ex legibus naturę neceſſaria. Sed in cęlo ad cõſeruationẽ, perpetuitatẽq; uniuerſi, ſolus Deus cũ cœleſtibus intelligẽtiis poterat eſſe ſatis. Et ad eos effectus ſpãles, qui dæmonibus attribuuntur, ſufficere uidebatur proprietas humorum in noſtris corporibus dominãtium, & inſita quædã uis cæteris rebus corpora noſtra circunſtantib. Per quæ oĩa fortaſſe uir ſingulari ingenio, exiſtimauit ſatis aptè explicari poſſe, ꝓpter quæ priores philoſophi dæmones affirmarũt; Mirũ tamẽ eſt, quod nullo in loco apertè expoſuerit, quid de dæmonibus ſentiret. Præſertim cum eorum

li. 8. phyſic. & 12 metaph.

C frequen-

frequentissima mentio fiat apud Homerum, Euripidem, Pindarum, Simonidem, Hesiodũ, atque adeo apud magistrum eius Platonem. Quorum omnium scriptis si assentiebatur in multis rebus philosophicis naturalibus, ac moralibus explicãdis; hac etiam in re fidem præstare debebat. Si uerò illorum omnium sententiam nobilem, & quæ certè aliqua probabilitate niti uidebatur, non probauit; admirari magis licet, cur in hac confutanda nullibi laborauerit; Cum in aliorũ philosophorum opinionibus plærisque minus nobilibus exagitandis, diligentissimus, ac vehementissimus esse soleat; Auget autem hanc dubitationem, quod plerisque in locis oraculorum, diuinationũ, incantationũq; meminit. Quæ tamen ad demones referebantur a veteribus, vt in lib. 3. de hist. animal. ubi agens de
cap. 20 capro quodam, inter alia asserit; quod Lemnio illi pecoris domino consulenti Deus amplius incrementum peculij futurum respondit; Præterea meminit etiam de incantationibus, & auguriis, & de

& de Sitta auicula ait, illi rem maleficã tribui, quia rerum callet cognitione, ita ut sit clarissimum Aristotelem cognouisse, & fassum esse dæmones, dæmoniacos, ac ueneficia. De demonibus in lib. 3. Artis Rhetor. patet, ubi asserit; Atqui dæmonia esse quædam fateor; & in 3. de gener. animal. ubi quęrens, cur plures rerum differentiæ existant in humore, quàm in terra? Soluens, an, inquit, quia humor naturam habet ad effingẽdum, efformandumq; habiliorem; cæterum mare sua natura calidum est, & particeps omnium partium inuenitur: uidelicet, humoris, aeris, terrę; Itaque omnia adipiscitur, quæ singulis locis gignuntur. Plantas enim terræ incolas quispiam esse statuerit, aquę aquatile animalium genus; Aeris pedestre. Sed quod magis, minusve, & remotius, aut propius res constet, miraque differentia existit. Quartum genus non his locis quærendum est, quanquam aliquid esse exigit ordine ignis. Id enim quartum corpus numeratur; Verum ignis semper for-

cap.18

cap.11

mam nõ propriam habere uidetur, sed in alio corpore. Aut.n.aer,aut fumus, aut terra esse uidetur, quod ignitũ est. Sed.n.genus hoc apud Lunã quærẽdũ est.Hæc.n.quartam illam differentiam adipisci uidetur,ex quibus aliqui colligunt Aristot. in sphæra ignis sub cœlo collocasse dæmones.Similem ẽt sentẽ-
cap.18 tiam protulit lib.de Respirat.lib.5.Metaph.dæmonum apertam mentionem facit,& in substantiis corporeis eosdẽ numerare uidetur, sed magis dubitando,q̃ quicquam ꝓ rato de illis statuendo.Substantię,inquit,esse dicuntur, ut terra,ut ignis,ut aqua,& si qua sũt eiusdem generis.Et uno nomine corpora, & quæ ex iis cõstant, ut dæmonia, eorumq; partes. In pluribus etiam aliis locis ꝑter hoĩem agnoscit aĩal quoddam rõnis particeps. Hoc uidetur nõnullis ad dæmones pertinere,ut in lib. 2.de aĩa,ubi scribit.Nõnullis animalibus uim inesse ꝓgrediendi, nonnullis rõcinandi,& mentem,ut hominibus,& si quid aliud est eiusmodi. Aut etiam homine diuinius, Eodemq; libro ait.

Extrema atque minima rõcinationem habent, & mentem. Quibus .n. mortalium ineſt rõcinatio, his etiam inſunt cætera omnia. Vbi aiunt, ab illo eſſe adiectum, mortaliũ, qđ in dæmonibus immortalibus rõcinandi vim ſine inferioribus animi facultatibus uideretur agnoſcere. Preterea Apuleius refert, Ariſtot. in lib. de mirabilibus mundi, de dæmonibus mentionem feciſſe. Qđ uerò de dæmoniacis etiam meminerit, aperta eſt eius ſententia in 30. lib. Problem. ubi ait. Multi propterea quod illle calor ſedi mẽtis in uicino eſt, morbis veſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico efferueſcunt, ex quo ſybillę efficiũtur, & Bacchę, & oẽs q diuino ſpiraculo inſtigari dñr. Et quamuis horũ cauſam aſcribat naturali temperiei, & nõ dæmoni, cuius ope iſti futura prænunciant, ſat erit nobis, ſaltem ipſum hæc commemorare, & agnoſcere. Quod uerò ex Ariſtotelis doctrina, & principiis, dęmones non ſint in rerum vniuerſitate, ac eorum, magorumq; facultates nõ probentur, non eſt quod prob. 1.

quiſquam miretur; Cum quęlibet ſciē-
tia ſua principia, & uelut fundamenta
habeat, alia ab aliis diuerſa. Ideo ſi per
philoſophię ſcientiam dęmones non
ſunt, per magis pręſtantiorem, & emi-
nentiorem ſcientiam, ſacram videlicet
Theologiam, & Platonicam etiam di-
ſciplinam probantur. Et ſi Ariſtoteles
non cognouiſſet dæmones, quod ta-
men non eſt dicendum, quid mirum?
cum multa alia, quæ uia etiam naturali
ab eo cognoſci poterant, ipſum latue-
rint, cœlorum enim numerum, & plane
tarum ordinem ignorauit. Et inter ſub
lunaria circa originem fontium, & ga-
laxiæ generationem eſt deceptus. Vt
interim omittam innumerabilia natu-
ræ admiranda, quorum cauſæ adhuc
ignorantur; Ideo ſi naturæ pulchriora,
& ſecretiora nobis incognita ſunt: qua
ratione uia naturali, & mente, & oculis
his caligantibus, ad ſupernaturalium,
& intelligibilium rerum cognitionem
peruenire poterimus; Quemadmodū
lib. 2. metaph. te. 1. enim, (ut ipſe Ariſtot. confeſſus eſt) ve-
ſpertilionum oculi ad lumen diei ſe ha-
bent,

bent; ita & intellectus animæ nostræ ad ea, quæ manifestissima omniũ sunt; Quàmuis Heraclitus, referente Plutarcho, diceret, pulchriora huius mundi ob insolentiam, seu temeritatem hominum incognita esse, qui nihil eorum credere uolunt; Quorum rationes intellectus humanus intelligere haudquaquam potest. Vt enim multa existunt in rerum natura (ut suprà scriptũ est) quorum causas quoniam ignoramus, stultum esset negare, ut magnetẽ attrahere ferrum, electrum pallere, & manus piscatoris torpidas reddere. Ita operationes quasdam dæmonum, ueneficorumque, quoniam uia naturali earum causas indagare non possumus, magna est pertinacia, uelle negare, & impugnare; Multa enim possibilia sũt, quæ quamuis nobis nota non sint, negare non debemus, Imo quamplurima in hac inferiora sunt facta, & uisa, quæ sunt uerissima, ut miracula, quæ in diuinis literis per leguntur. Quę tamen nulla ratione secundum Aristotelis principia probari possunt. Imò apertè eius

dogmatibus cõtradicũt,ut solẽ immotũ persistere, qui rapidissimo gressu a summo cęlo egreditur, legeq; ppetua regreditur. Mare iter siccũ hominibus præbere, ualidissima mœnia uerbo solo ęquare, cœcos uidere, mortuos ad uitam restitui, & infinita alia. Quæ quidẽ nullã patiuntur respõsionem apud Arist. Cũ corpora cęlestia nõ possint secundũ naturę pręscriptũ suũ solitum iter uariare, nec sistere, neq; uelocius, neq; tardius moueri. Et a priuatione ad habitum impossibilis sit regressus.

8. phy. & 2. de cœlo. ex li. prędic.

MEDICOS FATERI MALEFICIA, morbosque maleficos. Cap. VII.



Vemadmodũ probatum est philo. & pręsertim Arist. ueneficia, & excantationes, & eorũ causas cognouisse, & probasse: ex eorũ tñ principiis nequaquam elici posse. Similiter de Medicis est asserendum, potissimum uerò de Hyppocrate, & Galeno, ex quorum scientia, & dogmatibus dęmones

æ ueneficia nequaquam indagari possunt. Cum propria a naturali philosopho principia accipiãt. Et morborum causas cum internas, tum externas disquirentes a sensibilibus, nõ ab insensibilibus (quales sunt dæmones) indagati fuerint. Preterea cũ causarũ morbos facientiũ abolitio a cõtrariis fiat. Contrariorũ.n. cõtraria sunt medicamina. Et pro diuersis morborũ causis, eorũ uariẽtur medicationes: quanã rõne dæmoniaca morbi causa supposita a medicis ipsis depelli poterit. Quænã sanguinis missio, quæ cõcoquentia, q̃ purgantia pharmaca, quæ uictus rõ, uel alia huius generis medica remedia fuerint uel dæmoniaco eius morbo contraria, cũ dæmones sint substantiæ. Substantiæ uerò nihil sit ex Aristotele cõtrarium; Medici etenim præter elementorum quatuor, humorum, partium similarium, ac instrumẽtalium symetriã seu moderationem, uel ametriam, seu ĩmoderationẽ, quarũ illa sanitatis, hæc ægritudinis sunt causæ, nec dæmonem esse existimare possunt. Et si itaque ex

princi-

principiis medicinæ dæmones, & morbos a dæmonibus factos minimè gentium inuestigare possimus, eos tamen Hyppocratem, & Galenum potissimum cognouisse, & confessos fuisse ostendere possumus: Hypocrates enim Medicorum facile princeps, in libro de sacro morbo, de Magis, seu Maleficis, deque eorum operationibus prauis, uerba facit; Et quamuis uideatur eas potius refellere, ut quæ mirificæ essent, naturam ipsam superarent, ad eiusque principia referri non possent, attamen, eius pręcipua intentio est, maleficos reprĕhĕdere, eo quod malorum causam in Deum refunderent, cum ipse existimaret, Deum, seu Deos malorum non esse authores; Magi enim sui temporis epilepsiam, morbum sacrum nuncupabant, eo quod a Deo emanaret, quorũ opinionem Hyppocrates sic refellit. Si morbus sacer ideo sacer esset nũcupandus, eo quod a Deo mittatur, cum & cæteri morbi, vel multi eorum etiã a Deo prouenire possint ex magorum sententia; vel admirabiles sint, sicut sacer mor-

er morbus uocatus, eodem etiam nomine essent nuncupandi. At Deus horum morborum causa esse non potest, nec cæteri morbi ita appellantur; ideo sequitur morbum hunc sacrum alia ratione dici. Malefici enim, ac magi, (ut arbitror.) Hyppocratis tempore, quo rudes satis erant homines, ut improbitates suas, ac scelera tegerent, imponebāt plebi hūc morbū esse diuinitus dimissum: & diuinis ēt remediis, & expiationibus abolendum esse. Quæ remedia & expiationes quoniam in cultum, & venerationem cacodæmonum cedebant; eorum auxilio malefici uiri quamplurimos curabant. Vel curatos esse ex aliquo temporis interuallo demonstrabant. Quod autem Hyppocrates cognouerit hos morbos, eorumq; causas extrà naturam putet, cum ait. Si enim & lunam abolere, & solem obscurare, tempestatemque, ac serenitatem facere, pluuias itē, & siccitates, & alia huiusmodi omnia se scire profitentur, siue ex sacrorum misteriis, seu ex alia quadam professione, aut meditatione,

hanc

hanc potẽtiam iactent, qui talia studii habent, impii sanè uidentur, & Deos esse non putare, neque si sint, aliquid posse, neque ullum etiam extremũ malum prohibere. Vbi animaduertenda sunt illa uerba, siue ex alia professione, aut meditatione, per quæ magicam, & dæmoniacã uoluit indicare, & ex aliis probare, ex Diis hæc mala prouenire nõ posse uel ipsis inuitis fieri haudquaquam posse. Cum.n. Magi illi Lunã trahere, seu abolere, & Solẽ obscurũ reddere se iactarent, esset, inquit ille, uelle Deos sibiipsis subiicere, cœlũque ac terram in manu hoĩum ponere. Quod principiis omnibus physicis repugnat. Hæc.n. inferiora nihil in superiora agere possunt. Cui tamen rõni respondendum censeo, quod quamuis Magi non possint reuera Lunam delere, ac Solem obscurare, prestigiosè tamen suis artibus nostros sensus illudere posse. Cum tamen tẽpestatem, pluuias & alia huius modi ope dæmonum concitare re ipsa possint; Nec ista arguunt, ut ipse credidit, in Deo impotentiam aliquam, uel

impie-

ıpietatem, cũ Deus ad ſui gloriam, &
l augmentum meritorum improbis
ominibus multa permittat, & ſinat na
ıralia, reſque creatas agere penes eo-
ı naturã. Cũ aũt dæmõ ſit ſubſtãtia ſpi
ıtualis, cui tributa eſt a Deo facultas
ıper hæc materialia; & homo gratia
beræ uoluntatis fuerit inſignitus, ita
ıt poſſit liberè agere, nullum eſt incon
eniens, quod ipſe homo praua uolun
ıte præditus, ope dæmonum poſſit to-
ıitrua, fulgura, tẽpeſtates, & multa alia
nala excitare. Et quamuis Hyppocr.
cognouerit, & ſciuerit maleficos, ac dę
nones eſſe, cũ tñ facultatem eorũ igno
raret, credidit omnia ab eis facta eſſe
deceptiones & illuſiones: ideò ſcribit,
talia dicentes, & excogitantes, amplius
quid ſe ſcire ſimulãt, & hoĩes decipiũt,
proponentes his luſtrationes, ac purifi
cationes, cum uerba ipſorũ magna ex
parte ſe ad Deum, ac dæmonium ex-
tendant. Queſo uideas, qua ratione a-
pertè dæmonum auxilium fateatur
Hyppocrates, tempore cuius iiſdem
ferè inſtrumentis ac ſuperſtitionibus

ad ue-

ad ueneficia facienda vtebantur nefandi homines, quibus & noſtris temporibus, vtuntur; ſanguine nempe humano ad inuocationem dæmonum, & eorum auxilium implorandum. Fuit enim Sathan ſemper ſui ſimilis, & talẽ hodie experimur, qualis fuit ab initio ſemper, ut ex ſubſequentibus verbis Hyppocratis manifeſtum eſt, cum ait. Expiant morbo correptos ſanguine, ab hominibuſque intoxicatos. Quid clarius, bone Deus, poterat dici ad fatenda ueneficia, quorum curationes etiam tunc temporis abſcondebant, ſicuti & nunc faciunt, aliqua ſuſurrantes, uel uerba obſcura, & ignotos characteres adhibentes. Ideo addit; expiamenta uerò terra occultant, uel in mare proiiciunt, vel ad montes deferunt. Id autem magis firmare poſſum, quod Democritus magicæ artis princeps, quo tempore Hippoc. medicinam eodẽ ille magicas artes ĩ Grçcia celebrauit, ut author eſt Plinius, ut eas Hyppocratem ignoraſſe, dici non poſſit. Si quis tamen obijceret librum de ſacro

lib. 30. cap. 1

morbo

orbo non esse Hyppocratis genui-
m, ut arbitratus est Cornarius ex
aleno; Respondeo esse quidem Hyp
ocratis librum germanum ex Galeni
ntentia, in 1. Prognost. ubi cùm pro-
eatur ostendere Hyppocratem nul-
suo libro causam morborũ in Deũ
eferre; adducit librum de sacro mor-
o. Præterea Hyppocrates etiam in
rognosticis, illud celebre præceptum
edicis tradidit. Vt si quid diuinum in
orbis habetur, illius etiam ediscant
rouidentiam. Quibus uerbis Hyppo-
rates huiusmodi morbos manifestè
ndicat, qui causam tum procreantem,
um sanantem extra naturam habent,
Quod manifestè patet ex eodem Hyp-
ocrate, qui in libro de natura mulie-
ri scribit, hominibus morborum cau-
sam esse numẽ siue qd diuinũ. Et ideo
oportere ex Diis, seu ex numine in-
choare, Nec dicere possumus per diui-
num intelligere aeris constitutionem,
vt in libro Prognosticorum Gal. intel-
lexit, cum dicat curationem ex Diis es-
se exordiendam. Multo minus per di-
uinum

text. & com. 4.

uinum intelligitur Deus, ſeu Dij, cum nullibi cauſam morborum etiam authore Galeno in Deos retulerit. Quoniam verò Galenus, ex hoc prognoſticorum loco alium ſenſum elicit; non eſt mirum, ſi pleriq; medici nimis Galeno addicti, & qui (vt dicitur) in eius uerba iurarunt, hos morbos non admittant, vt qui cauſam abditiorem, & non phyſicam poſſideant. Sed prius quam Galeni ſententiam explicem, & vti falſam reijciam, non erit inutile aliorum expoſitiones ab eo reprobatas recēſere; Affert igitur duas opiniones ab aliis medicis excogitatas circà diuinū illud in morbis: cuius fieri præſenſionem admonet Hypocrates; Quarum prima illorum eſt, inquit, qui putant ob iram quandam Deorum homines morbis vexari, nixi eorum teſtimonio, qui hiſtorias citra rationis adminiculum ſcripſerunt: innuit autem ſanctiſimum Moſem, & ſacros Euangeliſtas, quos alibi carpit tanquam ſine ratione, vel demonſtratione loquentes: præ-
cap. 4 ſertim 2. lib. de differ. pulſuum: Morbos

Morbos enim ob peccata, & scelera hominum a Deo in uindictam immitti scripserunt S. Matthæus. cap. 9. sacræ historiæ, S. Marcus, cap. 2. D. Lucas, ac D. Ioannes, cap. 5. & Moses Exodi. 9. & pluribus aliis in locis. Quorumque morborum causa cum sepius a medicis ignoretur, non est mirum, si etiam, in curatione cecutiant. Opinionem uerò hanc Galenus ea ratione refellit, quod Hyppocrates nullibi causam ægrotationis in Deos retulerit. Cum autem inter cæteros morbos putarent epilepsiam & amorem diuinos esse: quoniam epilepsia quidem sacer morbus aliàs appelletur, amorem uerò fabulentur Poetæ dæmonem quendam pusillum esse recens natum, gerentem faces ardentes, qui homines quosdam in hanc agit affectionem, utrumque falsum esse ostendit: quoniam utræque naturales sunt affectiones. Altera opinio est eorũ, qui dies decretorios, eos scilicet, quibus morbi solui solent, ad causam diuinam referunt, quia incognita est, & inopinabilis. Iure autem

hanc reprehendit, partim quia nõ omnia, quæ causas habent incognitas, & inopinabiles, diuina uocamus: sed dũtaxat quando admirabilia habeantur, partim quia nec ignorauit Hyppocrates causas decretoriorum dierum, ut in commentariis de diebus decretoriis est apertum. Tandẽ propriam afferens sententiam, ait, nomine, diuini, Hyppocratem intellexisse aeris ambientis cõditionem, unde morbi publice vagantes oriũtur, de quibus egit in libris Epidemiorum, & in 3. lib. Aphorismorũ. Quidam enim morbi in ciuitatibus apti sunt oriri, alii in australi constitutione, & tandem diuersi in diuersa temporum vicissitudine uagantur. Venit fortasse Galenus in hanc opinionem quia scribitur ĩ libro de aere, aquis, & locis, ad medicum pertinere syderum quorundam exortum, & occasum obseruare, quibus & tempora mutantur, & corpora afficiuntur; Licèt hęc sublimiora fortè uideantur, utpotè quæ ad scientiam Astronomiæ pertineant, quasi ob id diuina ab eodem appellentur,

quia

quia ſublimiora ſunt. Aut diuina appelletur aeris conditio, quia a cœli motu fiat, quod diuinum eſt. Aut tandem quia uitari nequeāt, quaſi ij morbi humani appellari poſſint, qui ex praua uictus ratione contingunt, & ex proprijs erratis: diuini verò, quorum cauſſa non in nobis eſt: aeris enim conditiones vitare non poſſumus. Quamuis autem hæc ſententia ſatis accomodari poſſit uerbis Hyppocratis, tamen falſam eſſe uel ex eo deprehenditur, quod idem Galenus obijciebat aduerſus ſententiam de diebus decretoriis. Nam licet ij ex cœli motu prę ſertim lunę putentur pendere, non tamen ob id diuinum quid in morbis eſſe uoluit: Quia cauſæ neque incognitæ, neque inopinabiles, neque admirandæ ſunt. Idem de morbis uulgaribus dicere poſſumus; nam eorum cauſæ, etiam ſi peſtis ſit, non minus cognitæ ſunt, quam dierum decretoriorum. Præterea ſi propter cęlum diuina eſſent dicenda, quæ ab eo pendent: omne opus natu-

ræ diuinum esset, cum omnis huius mũ di inferioris virtus inde gubernetur, vt Aristoteles tradit. At Galenus a priori sententia, quæ veritati magis congrua est, discessit, & in has absurditates incidit. Quoniã in hoc inferiori mũdo nihil putauit immortale, & diuinum cõtineri. Nam in libro, quem inscripsit: Quod animi mores sequantur corporis temperaturam, fatetur, persuaderi nõ posse in homine aliquam partem immortalem esse: qualis a Platone rationalis statuitur. Cum videat in phreneticis, & reliquis delirantibus lędi mentem immutato corporis temperamẽto, & mortem inferri calore natiuo extincto, quasi calor natiuus sit ipsa animæ substantia, alioquin ignorare se eius essentiã. Huius quoq; sentẽtię putat fuisse Hyppocratẽ, cum in Epidemiis dicit, hominis anima semper producitur vsq; ad mortem. Sin autem igne excãduerit, simul cũ morbo, & anima corpus depascitur. Quo in loco ipsũ animę instrumentũ, calorẽ scilicet natiuũ, quo oẽs

1. meteo. cap. 2.

anima-

nimalis operationes fiunt, animam
ocauit. Cum igitur in anima pręter
uiusmodi calidum generationi & cor
uptioni obnoxium nihil immortale
nspexerit Galenus; non mirum si in
norbis causam aliquam diuinam in-
uenire nequiuerit, putaueritque Hyp-
pocratē per huiusmodi diuinum, cau-
sam q̃dem naturalem intellexisse sed
cōmuniorem, ac minus euitabilem.
Si enim in homine nulla pars dinina ha
beatur, multo minus in cęteris substan
tiis fuerit. Aliqui uidentes Galeni opi-
nionem habere difficultates, pręsertim
quod non reperiatur Hyppocratem
aliis in locis usum esse hac uoce; diui-
ni, pro aeris constitutione, dixerunt
per diuinum in morbis ab Hyppocra-
te appellari quod in aere quidem est,
sed a cœlo causatur: qualitas scilicet
secreta, & malefica. Quę sententia quã-
uis sit doctissimorum uirorum, & testi-
moniis eiusdem Hyppocratis, & Aui-
cennæ firmata; nihilominus non esse
ad sensum Hyppocratis, ac ueritati cō
sentaneam existimo, eo quod cœlum,

 cœle-

cœlestiaq; corpa ad uniuersi cõseruatioñẽ, & non ad eius corruptionẽ, hoĩs pserti sint, pcreata, & ab ipsis nisi laudabiles actiones ex mẽte philos. emanare possint. Quod ẽt Hyp. ipse, qui fuit optimus philos. nõ negauit. Imo ratio, quã ipsi in Gal. retorquẽt, in ipsos facillimè reflecti põt. Nullibi uidelicet legi apud Hyp. per diuinum in morbis nũcupari cœlestẽ hanc malignam, & occultam qualitatem. Preterea ego quęro ab his peritissimis medicis, quę nã sit maior ratio, quod qualitas secreta, & maligna, a cęlo, puenies, diuina dẽat appellari, & non qualitas manifesta, benigna, & salubris ab eodem cœlo emanãs? Ego non uideo diuersitatem; imò si quę diuina esset nuncupanda, hæc magis, quàm altera, cum magis sit corporum cœlestium influere in hęc inferiora qualitates bonas, quàm malas; At cum Hyppo. meminit constitutionis aëris, & mutationis ipsius à cœlo, non appellat diuinum. Quare nec illa malefica, si detur, tali nomine insigniri debet. Quod verò scripserit Hyp.
Ac. 1. in lib.

in lib. 2. Epid. morbum & tempus sibi-
psis correspondere, nisi quid in supe-
riori natura, seu spetie, ut habet alius
textus, innouetur, parum eorum opi-
nioni fauere uidetur. Comparat enim
ibi Hyppoc. morbos, & tempora anni,
& ait, morbum & tempus sibiipsis cor-
respondere, nisi quid in superiori natu
ra, seu spetie nouatum sit, id est nisi tem
pestas nouam aliquam, & insperatam
mutationem faciat. Præterea quod in
li. 4. de Morbis per cęlestem morborũ tex. 24.
causam non intellexerit hanc occultã,
& prauã aeris a cœlo qualitatẽ, sed ae-
rẽ ipsũ simpliciter, patet, ibi. n. tria mor
borũ principia assignãs, ait, si cibi diu
in corpore ꝑmaneãt, si cõtigat ut ea, q̃
ex cęlo obueniũt, inepta, & p̄ter uictus
rõnẽ sint, & si q̇d uiolẽtũ accidat, paulo
inferius, subdit. Si q̃ ex cęlo obueniũt
inepta sĩt ad sanitatẽ. Cõsueuit. n. Hyp.
ut inferius dicã, cælũ ꝓ aere nuncupa-
re. Quæ ex cęlo igitur, i. ex aere proue
niũt, qualitates excedẽtes mutationes
validæ sũt in cã, ut morbi fiãt; Scimus
.n. cũ alibi, & p̄cipuè in li. de Nat. hum.

perquirit morborum causas duas semper constituisse, uictus rationem, & spiritum, cuius attractione uiuimus. Et quamuis uideatur Auicenna horum opinioni fauere; cum in 1. Fen quarti, & in Fen tertia priori scripserit, principium corruptionis aeris esse quandoque propter rem cęlestem, cuius qualitas non est cognita. Si intimius sensum Auicennę perquiramus, erit manifestum per rem cœlestem ignotam, nō illam maleficam qualitatem à cęlo aeri communicatam intelligere, sed certam, ac præfinitam primarum qualitatum mensuram ex cœlestium accessu, vel recessu in aerem progenitam, animantibus interdum noxiam: Quam quidē nominauit occultam; quoniam sicuti certam, ac punctualem elementorum in ueris mixtis quantitatem scire exactè non possumus; ita in imperfecta hęc mixtione, quam aerem uocamus exactam qualitatum primarum mensuram, certa ac proba ratione metiri non possumus. Quod uerò per cœlum, & rem cęlestem Hyppocrates, &

tr.4.c.1. doc.5.ca. 1.

uicenna intellexerint aerem, non est
nouum, aut inusitatum Hyppocrati;
Galenus enim uerba quædam 1. Epid.
exponens, in quibus cęli mentio habe
tur, aerem intellexit. Ait enim Gale.
cœlum dixit iuxtà uulgarem consuetu
dinem: aerem supra nos ad nubium us-
que regionem existentem. Ideo Hyp-
pocrates in lib. de aere, aquis, & locis,
asserit Asiam esse fertilissimam propter
cœli clementiam; & Solis ubertatem,
quæ authoritates sufficiant prò multis,
quæ adduci possent. Dioscorides scri- cap. 102
ptor antiquissimus, multis in locis ue-
neficia, & excantationes fieri fatetur,
præsertim in lib. 2. Vbi agens de uiri-
bus Rami, fama est, inquit, ramos hu-
ius ualuis, fenestris ve impositos vene-
ficia depellere: Quod est uerisimile.
Theophrastus celebris illius Erasistra-
ti magister, in lib. 7. de histo. plant. de
Scylla scribens, traditur, inquit, ante
portas satam, remedio esse contra ue-
neficiorum noxam. De Galeno uerò,
qui reliquos omnes superiores medi-
cos (Hyppocratem tamen excipio) &
ingenii

ingenii magnitudine, & doctrina, & diligentia facilè superauit, uerum est, ipsũ per aliquot annos, excãtationibus, magicisque artibus nullam adhibuisse fidem, ut patet in 6. Simpl. med. & potissimum in 10. lib. ubi scribit, ridiculũ esse uocata pathopia medicamenta constringere, & uincere aduersarium, ut in iudicio nihil possit eloqui, aut grauidæ abortum facere, aut ne unquam deinceps concipiat efficere. Quęso animaduertat lector, quod etiam temporibus Galeni maleficia taciturnitatis, impedimenti coitus, & abortus nostris diebus frequentibus nouerant uenefici inferre. Nihilominus cum postea ipse Galenus uim incantationum, & artium magicarum longo tempore, longoq; usu, cognouerit, palinodiam (ut dicitur,) cecinit, & isthæc reuera esse, ac fieri fassus est. In libro enim de Medica Homeri tractatione, ubi scripsit. Nonnulli putant, incantationes anicularum fabulis esse persimiles, quemadmodũ ego diù existimaui; Temporis autem processu ab his, quæ euidenter apparẽt, persuasus

s ſum, uim in ipſis ineſſe. Nam in per
iſsis a ſcorpione adiumẽtum ſum ex-
rtus. Nihil autem minus etiam in oſ-
us gutturi infixis, quæ excantatione
tim expuebantur; ac multa præclara
gulę habent excantationes, cum in-
tutum cõſequuntur. Et quamuis iſte
aleni liber iniuria temporum, quem-
dmodum cum multis aliis perierit,
l manus tamen Alexandri Tralliani
eruenit, qui hunc locum adducit in
b. 9. & aſſerit, Galenum excantatio- cap. 4
es ipſas confeſſum, & expertum fuiſ-
.In cuius ſententiam & ipſe uenit, cũ
it. Si Galenus & alii plerique ueterũ
ſtantur quid prohibet nos quoque
uæ experientia cognouimus, & quæ
b amicis ſinceris accepimus, uobis
ommunicare. Multa igitur ſunt, &
lia, ſed nullum ita, ut annulus ex ære
Cyprio confectus geſtatus digito. Do-
et deinde modum conficiendi, quem
ilentio inuoluam, ne curioſis pre-
eam anſam iſta experiundi; Præ-
erea Galenus in 2. lib. ad Glauc. cu- cap. 4
ationem ſcirrhi docens, multæ, inquit,
ſunt

sunt partes iam planè curatę, conuolu-
tæque hoc curationis modo membri
dimouendo, perfectè sanatæ sunt, ut fe-
rè magicum opus uideretur. Ecce quo
modo extollit Galenus artem magi-
cam, vt eam, quę possit quam celerimè
& perfectè affectus curare? At si arte
magica aliqui morbi curari possũt; ea-
dẽ etiam arte, & multo magis possunt
immitti, & fieri, quam si ignoraret, dele-
re non posset. Cùm autem agnoscit
eam etiam adhibere potest ad mala
infligenda. Author libri tertii medica-
mentorum facilè parabilium, quem
nonnulli Galeno ascribunt, caput cen-
tesimum octuagesimumnonum inscri-
bit. Ad ueneficia, & pręstigia, in quo
docet, caridion, & latum cuminum, &
Zochii radicem plurimum ualere, nec
non glaneum ossa, & hæc suffita dæmo-
nes abigere. Quo in loco pręclarus il-
le medicus non solum concedit uene-
ficia, uerumetiam dęmones, & illorum
curationem, horumque eiectionem.
Qui modus non discrepat cum ratio-
ne curandi nostrorum exorcistarum,

qui

qui ad detegendos, & fugandos dæmones, res quaſdam in ſuffitibus adhibēt. Extat etiam inter libros ſpurios Galeli, liber inſcriptus de Incantatione, adiuratione, & ſuſpenſione. Qui etſi Galeni nō fuit, alicuius tamen egregii medici fuit, cum pro Galeni libro ſit habitus, & in ſuorum numerum relatus. Theodorus Priſcianus in 1. par. harm. gynec. inter multa remedia pro conceptione adiuuanda uel impediēda, duo proponit magica: quorum profectò hac in parte meminiſſe non placet, ne quis impudenter, audacterue, & citra Dei timorem, eis vnquam utatur. Quintus Serenus Medicus, ac Poeta egregius de ſtrigis inquietatis infantibus ſequentia carmina ſcripſit. cap.4.

Præterea ſi fortè premit ſtrix atra puellos,
Virosa immulgens exertis ubera labris,
Allia præcipit Titani ſententia necti:
Qui ueteri claras expreſſit more togatas.

Marcellus Burdegalenſis libro medicamentorum, ob maleficium etiam capillos defluere affirmat. C. Plinius ſecundus,

cundus, nullius expers diſciplinæ to-
cap. 1, tiuſque naturæ interpres libro 30. de
origine artis magicæ agit, quando, & à
quibus ortū habuerit, & celebrata fue-
cap. 2, rit; Magiæ ſpeties, explicat; & lib. 28. di
ſputat, an in medendo verborum ali-
qua virtus inſit, & agit de quibuſdam
ſortilegijs. Plutarchus Cheronenſis,
qui medicum ſe optimum oſtendit in
eo libro, quem de tuenda bona valetu
dine eleganter, & doctè conſcripſit, at-
que etiam in Problematibus Sympo-
ſiacis, quæ maxima ex parte medicina
q. 7, conſtant, in 5. Sympoſ. ſcribit; Cum in
cœna ſermo incidiſſet, de ijs, qui faſci-
nare dicuntur, & habere oculum faſci
natorem, fuiſſe qui totam rem nugas eſ
ſe dicerent, atque deriderent; At Me-
trium Florum famam mirificè ad ſtipu-
lari eis, quæ eueniunt, dixiſſe, & iſta ex
hiſtorijs recipi. Ex quibus narrantur
multa talia, ipſumque nouiſſe homi-
nes, qui intuendo infantibus potiſſimū
nocerent, referens ex Phylarcho, Ti-
bios non infantibus modo, ſed adultis
exitium attuliſſe: Obtutu enim eorum,

ac

sermone adfectos, tabuisse, & ægrosse. Præterea 2. Sympos. scribit, sit magia à malis geniis occupatos iuent secum legere, & recitare Ephenomina &c. Auicenna tradens sina spetierum malancholiæ, ait quod fiat à bile, & cum agitatione, & aliuali dæmonio, & similis maniæ. Prærea agens de causis sputi sanguinis ter alias ponit rixam, dicens. Et propter hoc multiplicatur in dęmoniacis. scribit etiam quod si fuerit melancho a de genere bilis adustæ, tunc eius ermixtio erit dæmonium, & cum multudine sermonum. Abrarauius eadē cripsit, si itaque dantur dæmone obessi, quanto magis uenificiis uariis affecti; quamuis & ex ueneficio arrepti i fiant. Constantinus Africanus animaduertit epilepticum, lunaticum, & æmoniacum quodammodo esse simies. Isaac agens de his, qui ueneris impotentes sunt, esse quosdam ait, qui maleficiis impediti, cum uxoribus suis coire non possunt, ubi de uenificiorum multitudine, & eorum cura ex usu

q. 5
li. 3. f. 1. tr. 4. c. 18
li. 3. f. 10 tr. 3. c. 3.
li. 3. f. 1. tr. 2. c. 9.
li. pract. sec. 2. cap. 34
li. 9. pra.
li. 8. pra. cap. 29

scribit

lib. 3. de Antid. sec. 9.

ſcribit; Ioannes Meſue tradit oleum ex gagate ſacratum dictum dæmoniacis ſaluberrimum eſſe. Ioannes de Vigo, uir ſuę ętatis eruditiſſimus, & in faciendа medicina ſummopere expertus, libro nono ſuę praxis, integrum caput exarauit de maleficiatis, ſcribens Iſta mala, & diabolicam diſpoſitionem eſſe ſubtrahendo naturalem amorem, qui debet eſſe perpetuo inter uirũ & uxorem. Vetereſq; ſcriptores aſſerere, hoc maleficium exerceri tantum circà uiros, ut ſcilicet cum uxoribus ſuis rem habere non poſſint. Nicolaus Florentinus, quem grauiſſimę authoritatis medicum uocat Leonicenus, docet etiam ipſe, quibus ſignis poſſit cognoſci ueneris impotentia ex ueneficio illata, & quibus etiam remediis ſit curanda. Omitto recenſere ea, quæ in hoc negocio quamplurimi alii celeberrimi, ac eruditiſſimi medici, ut Petrus Aponenſis, Marſilius Ficinus, Bartholomeus Mõtagnana, Gaſpar Torella, Gabriel Fallopius, Pet. And. Matthiolus, Dominicus Leonus, & Ludouicus

Merca-

mercatus, ſcriptis tradiderunt, ac docuerunt. Ac de ſolo Ioanne Fernelio viro certè doctiſſimo, dicam, eum ita luculenter & diſſertè egiſſe de morbis veneficis, eorum differentiis, cauſis, rationibus quibus infliguntur, ut omnes cũ antiquiores, tum recentiores medicos facilimè ſuperauerit, quas affectiones ſatis aptè tranſnaturam nuncupat, cum cauſam arti medicæ non obſequentem obtineant, ut merito à quolibet ſtudioſo, ac Chriſtiano medico ſit audiendus.

VENEFICORVM OPERATIONES, *ac ſcelera ſatis ex Hiſtorijs pateſieri. Cap. 8.*

CVm priſcarum, pręteritarũque rerum ueritas non ex choris, uel tragędiis accipienda ſit, ſed ex hiſtoriarũ monumentis ex Pauſaniæ ſententia, in quibus res prout geſtæ ſunt, narrãtur, ueręque hiſtoriæ indicium deſumatur, ex eo quod res eodem modo a pluribus ſcribatur, qui fidem ueneficiis

non habent, legat historias siue ann
les, siue ephimerides tum Græcorun
tum Latinorum, antiquorum, & recei
tiorum, qualiumcunque gentium, & r
gionum. In quibus maleficorum port
ta, facinora, omniaque miranda, & pr
sertim eorum asportationes eodē mo
do scripta reperiet, ut de Cleomidis A
stipiliani asportatione apud Pluta
chum, cuiusdam philosophi Atheis
apud Herodotum, Hermonis Claro
meniensis apud Plinium, Apollon
Thianei apud Philostratem, Romu
penes historias Romanorum, qui cor
exercitu in aerem fuit sublatus, Herm
genis, ac Simonis magi apud sacrai
historiam, quibus omnibus fidem no
præstare, periniquum esse duco, cui
rerum euenta famæ respondeant. Ber
sus antiquissimus Chaldęorum Histo
cus testatur, Cham pręter quod No
patrem denudatum dormientem cęte
ris fratribus deridendum, monstrasse
antea ueneficio quodam ligasse, ne g
gneret, quo id semen impediretur. Cę
sar Germanarum virginum, & Corn

lius

ius tacitus Martinæ cuiusdam memi- *lib. 1. de*
nit, quæ Germanicum Cæsarem ue- *bello Gal*
neficio interfecit. Philostratus mul- *lico.*
ta admodum miranda in libris de vi- *Analium*
ta Apollonij commemorat, uel Brach- *lib. 2.*
manas Indorum, uel Gymnosophistas
Aethiopum, uel ipsum Apollonium
gessisse. Tale est illud, quod ipse narrat
lib. 3. apud Indos gemina dolia, unum
imbrium, alterum uentorum, illud cũ
nimia siccitate India premebatur, aper
tum nebulas emittebat uniuersam illã
terram humectantes, nimios autem im
bres occlusum cohibebat. Alterum ad
apertum efflabat uẽtos regionem per-
flantes, quo salubrius esset cœlum: Me
morabile etiam est illud quod lib. 6.
scribit de statua illa Memnonis, quam
cum radius solis circà eius exortum at
tingebat, & ad os perueniebat, statua
more hominum loquebatur. Et simile
huic aliud narrat lib. 3. cum Apollo-
nius cum Iarcha, & aliis Brachmanis
mensę accubuisset, tripodes lapideos
sua sponte fuisse motos, & ab ęreis pin
cernis calices in gyrum circumlatos

esse, certa mensura uinum, & aquam miscētes, & Cyathos proferentes. Nec parua admiratione illud dignum est, quod testatur idem Philostrates lib. 8. Apollonium cum esset in prætorio Domitiani Imperatoris ab eodem mulctandus, repente ex omnium oculis euanisse, ut multa alia sileam miranda, quæ apud Philostratem est legere. Gregorius Turonensis episcopus, qui res gestas apud Gallos scripsit, narrat olim Hunnos de Sigiberto Gallorum rege, magicis artibus victoriam in bello obtinuisse. Cęlius Rhodiginus meminit cuiusdam Lamiæ, quę multa magicè operabatur, ut quendam captaret iuuenem. Antonius Beneuenius recitat historiam cuiusdam adolescentulę, quam cum ex utero laborare existimaret, tandem ex vomitu quamplurimorum instrumentorum maleficialium spiritu obsessam, compertum fuisse. Ioannes Fernelius narrat de quodam, qui cum a dæmone uexaretur, aliqui eum febrire, ac delirare simpliciter existimarunt, & de altero, qui uidebatur

li. de abd. & mir. mor. cau. cap. 8

lib. 2. de abd. rerū cau. c. 16.

debatur

ebatur conuulſione, & concuſſione modo totius, modo alicuius partis ſæpiſſimè apprehendi ſine ulla ſenſuũ oblæſione dæmonis ui, & opera. Vincentius etiam Carrarius meminit cuiuſdam ſuæ ſororis, quæ maleficio affecta, inuentis ac crematis ſæpenumero ſignis ueneficis conualuit. Hieronimus Menghus ſcribit, quandam nobiliſſimam uiduam ueneficio lethali ac inſanabili morbo affectam, dum ageretur de extrema unctione inſtrumẽtis maleficis combuſtis, ſpiritualibuſque remediis adhibitis, quaſi repente omnibus admirantibus priſtinam recepiſſe ſanitatem. Narrat & idem author de quodam presbitero, qui cum peſſimè maleficio affectus pluribus mẽſibus lecto decubuiſſet, nec innumera remedia a medicis adhibita quidquam ei profuiſſent, inuentis in lecto plurimis ſignis ueneficis, & combuſtis quouis menſe Luna reuoluta, alia & alia diuerſa inſtrumenta reperiebãtur, qbus ſp igne cõſumptis Dei auxilio, & eccleſiaſticorum remediorum, tandem

in 2. par. de medico ac eius off.

priſtinam ſanitatem adeptus eſt; Vt interim ſileam mille hiſtorias, quę leguntur apud Ioannem Nider in ſuo præceptorio & forimcario, apud Hēricum Inſtitorem, Syluestrum Prierium in libris de ſtrimagarum, dęmonumque mirandis, Iacobum Sprenger in ſuo Malleo maleficarum, Alphonſum de Caſtro in eo quod ſcripſit de punitione hęreticorum, Paulum Ghirarldam in tractatu de ſortilegiis, Ioannem Budinum in Dæmonomania, & multos alios. Et illud tantum memorię prodā, quod mihi ſat erit, annis enim ſuperioribus Franciſca filia mea decē menſes nata, apud nutricem inſigni macie eſt affecta, ſæpè, ac ſæpius magna ſuſpiria edebat. Et quando diſaſciabatur ſemper plorabat ægreque ferebat ſe defaſciari præter puerorum morem, qui quamuis ſint maleaffecti, uel dolore aliquo detenti, cum faſciæ ſoluūtur quieſcere, ac delectationem capere tum ſolent, nulla inuenta cauſa præternaturali affectus, nutriceque mutata, cum in deterius laberetur, ſubiit ſuſpitio uxori meæ,

meæ, ut cum esset puella admodum
enusta inuidentiæ causa, uel odii cu-
isdam uetulę, ueneficio esse affectam.
Qua propter culcitram inquirens non-
ulla signa ueneficii reperit, ciceres
empe, grana coriandrorum, frustum
arbonis, & ossis defuncti, rem quan-
iam compactam mihi incognitam,
quam fieri ab his improbis forminis
ex quibusdam cum sanguine mẽstruo
nixtis, retulit quidam penitus exorci-
ta. Præterea quasdam plumas ita qui-
ousdam filis artificiosè insertas, ut pi-
leo, ut moris est, aplicari facile posset,
quibus omnibus igne benedicto com-
bustis, & adhibitis per triduũ exorcis-
mis, & aliis remediis sacris, cœpit me-
lius se habere, & carnem assumere,
ita ut curatam fore existimaremus. Ni-
hilominus transactis nõnullis diebus,
cum esset ualde morosa, & multum
ploraret, eodem lectulo denuo explo-
rato, inuenta sunt nonnulla alia instru-
menta, quibus crematis, sanitati resti-
tui uisa est. Attamen in plenilunio men
sis cum plorabunda noctem totam in-

ſomnem duxiſſet mane colore cineri-
cio fuit affecta,& ita mutata facie ab ea
quæ ueſperi erat, ut eſſet res lachry-
mis, magis quam admiratione digna.
Explorato denuo lectulo inuenta ſunt
fruſtula duo nucis ſiccæ, & oſſis albi,
nouem uel decem oſſa piſcium, quæ
erant fabricata inſtar pectinum, qui-
bus capita pectuntur cum quibuſdam
corollis mira arte ex uariis rebus para-
tis; Quibus igni traditis, mutata do-
mo, & omnibus aliis, & ualidiotibus
per exorciſtam peritum adhibitis auxi-
liis, Dei beneficio abſque ullo reme-
dio naturali conualuit; Quod quidem
ueneficium fortaſſe Deus permiſit, ut
in mea puella experirer, quod in aliis
parum credebam ueritatis habere; Pro
quorum morborum cognitione,& cu-
ratione cœpi querere libros huius pro-
feſſionis, legere,& illis fidem adhibere.
Ex quibus, peritoq; exorciſta cum mul-
ta didicerim,& in multis ægrotantibus
obſeruauerim, libenter hunc laborem
ſuſcepi alios iuuandi ſtudio, inter alios
autem authores, quos mihi legere cõ-

git, fuit Claudius Gulliaudus ĩterpres Cap.3 [sa]crarum literarum eruditissimus, qui [i]nterpretando Epistolam D. Pauli. quã [a]d Galatas misit, agẽs de fascino ad a[m]ussim morbum filię meæ scribit, quẽ Gallicè a quibusdã dici le mal de Vaul [v]oizerie ait, & ex quo infantes tabe[s]cunt, macrescũt, ac miserè torquẽtur, [&] aliquando incessanter clamant, & [do]lent; Quæ omnia symptomata, & si[g]na in filia mea obseruaui; Ex quo uni[c]uique patere potest, quàm uera sint hæc, cum idem morbus cum eisdem signis authore dæmone nunc, & multis ab hinc annis Flaminiæ, & Galliæ infe[r]aur à ueneficis.

OPERA NEFANDA VENEFICARVM ex Poetis patefieri. Cap. IX.

NEc uanum, inutileue esse iudico hanc ueritatẽ à Poetis perquirere, qui quãuis multa fabulosa scripserint, nihil tamen effinxerunt, quod aperte a ueritate alienũ sit; Omnia uerò quæ effinxerunt, alia per apparentiam sunt, aut per significationem, aut secundum

opi-

opiniones hominum, aut ſecundum uniuerſale. Transformari enim figuras antiqua opinio fuit, Lares, Penates, Panes, Satyros, & Syluanos fuiſſe non præter opinionem mortaliũ fuit Deos ab ipſis creditos. Qui tamen dęmones erant: cum hominibus conuerſari, & quoſdam cum mulieribus coire repertum fuit. Eadem opinio de oraculis, & auſpiciis habita eſt, & horum nihil falſum eſſe dici debet, cum falſum illud uerè dicatur, quod nullo modo eſt; Pręterea cum Poetica teſte Platone munere Deorum immortalium hominibus ſit data, ex quo Homerus, & Heſiodus teſtati ſunt a diuino afflatu, ſiue inſpiratione, quę literarum monumentis prodiderunt didiciſſe. Et poetica ad optima etiam poſſit eſſe celebranda inſtrumentum. Nuſquam enim fuit Dei cultus ſine aliqua metrica decantatione, non apud barbaros, non apud Iudeos, non Chriſtianos: cur ipſis Poetis etiam in re tã manifeſta, & tot ſeculis cõprobata fides non eſt preſtanda? Vetuſtiſſimorum itaque Poetarũ monumenta

in Ione.

menta Orphei, Homeri, Euripidis, Pindari, Simonidis, & Hesiodi, oraculis, diuinationibus, maleficiis, necromanticis factis, excantationibus, & reliquis huiusmodi referta sunt. Homeri Odissea non aliunde, quàm ex magia constat. Si quidem Prothei transfigurationes, & Sirenum cantus, & Circes pocula, & inferorum euocatio magico intellectu eliciantur. Ideo Virgilius in Bucolicis Eclogam octauam inscripsit Damonam, seu pharmaceutriam, quia Alphesiboeus reuocat Daphnim ab urbe ad rura, & id quidem magica arte. Ex quo pharmaceutrię Ecloga nomen accepit, in qua Poeta canit. Effer aquam, & molli cinge hęc altaria uitta, & quę sequuntur. Et in fine Eclogę, Has herbas, atque hęc Ponto mihi lecta uenena, &c. Quibus uersibus ostendit Poeta arte magica fruges alio pellici, elementa concuti, mentes hominum turbari, ipsosque in bruta animalia transformari, nec non animas ab inferis reuocari. Quod est tamen peculiare artis magicę, necromantię uocatę. Quod

uero

uerò nõ sit fabulosum, falsumq; quod de Circe scribit, patet ex D. Augustino, qui memoriæ prodidit, Circem famigeratã magam socios Vlyssis in bestias transformasse. Et qua ratione id potuerit fieri, qui sanctus Doctor refert etiam, Diomedeas uolucres non mutatis hominibus factas, sed subtractis suppositas opera & arte dæmonũ, sicut & Cerua pro Iphigenia regis Agamenonis filia: eadem Ecloga. De ligaturis verba facit, quibus ueneris actio impeditur. Et est ex ipsa rerum experientia sumptum: fascinum etiam uisu iaculari, probat in Ecloga 3. & lib. 4. Aeneidũ multa enumerat magica portenta illis uerbis. Hæc se carminibus promittit soluere mentes, &c. Ouidius lib. 2. de arte amandi, de poculis amatoriis q̃bus uenefici utũtur ad amorẽ prouocandum, & alibi de Micale uenefica. Et in epistolis de Medea ẽt insigni malefica preterea de ueneficio herbis uerbisque parato D. Marsis serpentes excãtãtibus. De segetum extinctione, fontium exsiccatione, uuarum, ac fru-

li. 18. Ciuit. Dei. cap. 18

rüum casu, carminum potentia, aliis locis uerba facit. Apud Theocritum igitur exemplũ Simetre amantis, quæ Delphi amore dementabatur, conatur medio quodam lauro excantato, & ipsum ad insanum amorem trahere. Horatius uolens ostendere in hominum calamitatem uenire etiam sydera, ut erat quorundam opinio, ad Canidiam ueneficam scribit. Et uerba etiam amatoria fascinandi uim habere apud eundem patet, omitto quę scripsit Lucanus, Tibullus, C. Manlius, Prudentius, ac alij de maleficorum operibus, ne lectorem fastidio afficiam, &c.

AVTHORITATE VARIE *Scribentium ueritas hæc magis tuetur. Cap. X.*



NOn desunt etiam quampluri morum authorum sententiæ, qui de uariis rebus mul ta scriptis reliquerunt, & ista reuera esse comprobarunt. Nicephorus lib. 5. histo. Ecclesi. tradit, cap. 24 in Ecclesia Dei quosdam hereticos

exorto-

exortos esse, qui circà annum Domi ducentesimum quadragesimum, inuo cationibus, incantamentisque dęmo num primum usi sunt. Solinus scrib in Sardinia fontes ex auro reperir qui contra fascinum, & maleficia u leant. Cicero pater Latini eloquii i oratione pro Cluentio scribit. Cum fu turum si Cluentius ueneficii reus dar netur ut patris sepulchro priuetur, ib que & multis aliis in locis sępius de u neficis meminit, ut de Claris orat. Id d ueneficiis, & cantionibus Ticiniæ es factum dicebat. Et in Catil. tota Itali veneficus. & 13. Phi. Rectè veneficu appellas, a quo tibi præsentem pester uides cõparatam. Strabo docet apu Persas fuisse magos Lecanomantico quasi ex peluibus diuinantes; vaticin tes enim accipiebant peluim aqua pl nam, dęmonibus congruentem, in pro funda repentibus. Vbi autem dęmo illapsus erat, aqua edebat sonum. Sp tianus in Iuliano ait. Carmina profan incantauerunt, & ea, quæ ad speculu dicunt fieri, in quo pueri ligatis ocul

lib. 15.

incan-

ncantando futura prospicere dicuntur. Lucianus in suo Asino aureo uolēs demonstrare quāta uis in sit arti magicæ, & quot portenta ex maleficis hominibus exoriantur, multa fabulatur. quæ tamen antea & post multoties audiuisse compertum est. Et fortasse ea, quæ narrat sibiipsi contigerunt. Memorat igitur se petiisse Thessaliam desiderio noscendæ magię flagrans, ibiq; dum se in auem uerti cuperet: in asinū a Palestina ancilla unguenti potentia esse demutatum. Et ita sub asini effigie, humano tamen sensu, & mente incolumi retēta multas ærumnas perpessum esse, multi iugosque labores tolerasse, donec gustatis rosis in pristinum Lucianū reformaretur. Apuleius immitatus Lucianum intendens magiam demonstrare, eamque artium omnium portentosissimam, ac potentissimam esse, fabulatur, uel uera narrat, quod magiæ noscendæ cupidus Thessaliam petiit, ubi artes magicę pollebāt. Ideo in 1. lib. mira quædam de salutatore, de lamiis, ac sagis explicat. Et in 2. de

uxore

uxore Milonis magarum maxima uerba facit. Et in 3. ancillam quandam introducens loquẽtem ſcribit. Iam ſcies dominæ meę ueneranda ſecreta, quibus obediunt manes, turbantur ſydera, coguntur numina, ſeruiunt elementa, nec unquàm magis artis huius uiolentia nititur, quàm cum ſcitulæ formę iuuenem quempiam aſpexit. Quod quidem crebriter ei ſolet aduenire. Nunc etiam adoleſcentem quendam Boethium ſummè decorum deperit, totaſque artis manus machinas omnes
li. 18. Ciui. Dei. c. 18 ardenter exercet, &c. De quo Apuleio dixit S. Aug. ipſum in libris quos aſini aurei titulo inſcripſit, ſibi ipſi accidiſſe, ut accepto ueneno humano animo permanente aſinus fieret, aut indicaſſe, aut finxiſſe. Philippus Beroaldus in ſuis commentariis ſcribit duplicem eſſe Magiam; altera Platonica eſt, & Philoſophica, quę nihil aliud eſſe traditur, quàm naturalis philoſophiæ abſoluta conſumatio, altera potentia dæmonũ conſtat, res execrãda, deteſtabilis, portentoſa, quam nomine deteſtabiliori

Goe-

Goetiam, uel horribiliori Theurgiam
uocant. Verum uulgari more magum
eum dici, qui communione quadam
loquendi cum Diis ad omnia, quæ ue-
lit incredibilia quædam ui cantaminũ
polleat, & uulgo malefici ob facinorũ
magnitudinem. Quę omnia bonus iste li. 10. de
uir mutuatus est a D. August. Qui ta- Ciui. Dei
men loco nominis, horribiliori, legit cap. 9
honorabiliore. Et Cęlius Rhrodiginus
honestiore, & uterque rectius iudicio
meo. Quos enim uulgus maleficos ap-
pellat, hos ad Goetiam pertinere di-
cunt. Alios autem laudabiliores uide-
ri uolunt, quibus Theurgiam deputãt:
cum tamen utrique sint fallacibus re-
tibus dæmonum obstricti sub angelo-
rum nominibus. Quid etiam de his sen
serit Cœlius Rhodiginus placet hìc
pluribus adnotare: cum ad rem ualde
faciant, & sint ex D. August. accepta, li. 9. lect.
Scribit igitur, eos, qui accuratius intro antiq. ca.
spicere ista enixi sunt, duo fastigia seu 27.
species deprehẽdisse; alterum infame,
seu alteram infamen, ac immundorum
spirituum commertiis inauspicatam,

alteram non fore aliud, quam natura-
lis philoſophiæ apicem. Priorem illam
nō magnopere magiam, ſed Goetiam
uocare Grȩcos, incantationibus, & car-
minibus nefariæ curioſitatis arte com-
poſitis concinnatam. Quam honeſtio-
ri uocabulo etiam Theurgiam nuncu-
pare audeant; diſcerniculo tamen quo-
dam, ut illicitis artibus deditos. Cuiuſ-
modi excogitaſſe Zabulus memora-
tur. Alteros intelligi damnabiles ue-
lint; quos & maleficos appellant uul-
go. Horum enim eſſe Goetiam propriè
dicunt, de qua cōcinnantur libri, quos
improbatæ lectionis appellat Vlpia-
nus, protinuſque eſſe corrumpendos
ſtatuit. In quod fortè genus ueniunt
pyſtaciola ad ægritudinem conſcripta
quamlibet. Laudabiles uerò alteros,
quibus Theurgiam deputant, quàm-
uis utrique ritibus ſint dæmonum falla-
cibus obſtricti ſub angelorum nomini-
bus, &c. Subiungit quod quȩ propriè
Magia nuncupatur perfecta creditur,
& ſumma Scientiȩ poteſtas; quando
Perſarum lingua eſt magus, non ferè

alius,

ius, quàm diuinorum interpres, & ultor. Goetiam omnium placita legũ exterminante execrari, Goetia maximè probari insignes Aegyptios, quod præcipuè dęmonum ibi uiguerit cultus: Magia uerò pręcellere Aethiopes, & Indos, quia ea mũdi portio herbis, iisque ad eum usum pręaccomodis maximè scateat. Polydorus Virgilius agens de sex magię speciebus, ait, hos unquam maleficę superstitionis homines omnia corrumpentes, omnia inquinantes, ac propterea dignos, qui malè semper audiant. Lactantius Firmianus asserit, dęmonum inuenta esse Astrologiam, Aruspicinam, oracula, necromãtiam, artem magicam, & quicquid malorum exercent homines, uel palam, uel occultè, quę omnia per se falsa sunt: ut Sybilla Erythręa testatur. Philo existimans ex uera & naturali magia adulterata, & corrupta natam esse fallacem, & quę uulgo propriè dicitur magia, ita scribit. Ex hac adultera a descendunt quas proprio uocabulo malas artes dicimus, circulatorũ, ario-

lib. 1. de rer. inuẽ. cap. 23

li. 2. diu. instit.

lib. de special. leg.

lorumque ſtudia, mulierum, mancipi-rumque nequiſſimorum expiationes & luſtrationes profitentium, mutatio-nesque amoris in odium, aut ex aduer-ſo in amorem odii per quaſdam paſſio-nes amatorias, & incantamenta ido-nea, &c.

EX COMMVNI GENTIVM populorumque uoce, & ex iuditijs Inquiſitorum uera iſta eſſe deprehenditur. Cap. XI.



Vicquid ab innumerabi-hominum utriuſque ſexu multitudine aſſeritur, vari-que temporibus quaſi un- ore omnes loquerentur, affirmatur proculdubio credendum eſt, & null mora negandum: At cum omni homi-num ætate, & ab omnibus populis, u-biq; locorum obſeruatum ſit, quoſd eſſe, qui ueneficiis homines afficeren contra quos omnes uniuerſi ſectę pœ-nas impoſuerunt: iſta uelle negare, & impugnare ſanè magna eſt pertinacia Si enim duobus teſtibus, & in pręiud-

tium

m alterius tàm in iudicio, quàm ex-
a iudicium de rebus, quæ possunt cō-
gere fides habetur; multo magis cre
ndum est multitudini aliquid unifor
ter asserenti, quia si de quo minus
detur in esse inest, ergo & de quo ma
s, per regulam topicam. Maxima au-
m est multitudo eorum, qui ista enū-
ant, & quæ narrantur sunt possibilia:
ex sacris literis, aliisque quampluri
is authoribus est probatum. Quare
on sunt ita leuiter contemnenda, pas-
mque neganda. Addamus quod fa-
osa apud omnes aut sunt necessaria
cundum totum, aut secundum partē.
npossibile est enim, ut famosum sit fal
m secundum totum; ut scribit Com *li. de som. & uig.*
entator. Hęc autem semper famosa
erunt in omni sæculo, & apud omnes
ationes, ita ut ueritati assentiri coga-
ur. Si inspiciantur mille capitis iudi-
a, & scripta, quę tot Patres Inquisito
es de huiusmodi maleficiis ediderūt;
on erit amplius dubitandi locus. Cū *l. semel C.*
nicuique in arte sua perito, & exper- *de re mi-*
o credēdum sit: ut in iure Cęsareo scri *litari.*

 ptum

ptum eſt. Expertus enim id magis con-
ſequitur quod intendit, quàm ille, qui
1. meta. rationem abſque experientia tenet. V
c.1.& 6. teſtatus eſt Ariſt. Cum etiam non mi-
moral. c. nus credendum ſit peritorum homi-
6. num,& ſeniorum ſeu prudentum pro-
6. moral. nunciationibus, & opinionibus abſq;
cap. 11. demonſtratione, quam demonſtratio-
nibus ipſis, authore eodem philoſo-
pho. Ideo certiſſimũ erit,& conſequen-
ter maxima fides adhibenda ei, qui ſi-
mul ſapiens,& expertus fuerit. Inqui-
ſitores uerò hæreticæ prauitatis ut in
pluribus ſunt uiri peritiſſimi tam in iu-
re pontificio, quam in ſacra Theolo-
gia,& ad Theologos, iuriſque pontifi-
cii conſultos pertinet determinare, an
veneficia impoſſibilia ſint, uel poſſibi-
lia, realia, an imaginaria, credenda, uel
nõ credẽda. Et ipſi Inquiſitores sũt iu-
dices ſuper depoſitionibus, ac teſtifi-
cationibus factis de talibus,& ſup eo-
rum cõfeſsionibus, an impoſsibiles, &
veriſimiles, an fictitię, & imaginariæ,
an a fatuis, uel certè ab his, qui mentis
compotes ſunt, fuerint factę, qua aſſer-
tione

one prolatæ, quam efficaciter com-
robatæ, & consequenter in huiusmo-
i iudicandis super omnes experti. Cũ
rgo propter hæc ipsa, quæ asseruntur
ridicè sint malefici, & magi isti ab In-
uisitoribus grauissimo iudicio con-
emnati, nemo debet esse tantę temeri
atis, ut eorum sic damnet iudicia, quę
eludenda, & iniquissima essent, si pro
omniis, uel rebus imaginariis, a ueri-
ateque alienis tot acerrimis tormen-
is afficerent, & tandem excommuni-
andos & perimendos traderent. Præ-
erea multi uiri tam in utroque iure
ersati, quàm in sacra Theologia, mul-
a reliquerunt uolumina, in quibus di-
ucidè, ac luculenter ista uera esse do-
ent. Ità per locum ab authoritate pe-
itissimorum, ac sapientum, quorum
non est numerus, omnibus persuaderi,
nullusque dubitationis locus esse de-
bet, quin talia sint uera. Quod si ad cõ-
equendam ueritatem periti requirun-
ur, quinam peritiores ipsis ueneficis
nueniri possunt, qui tribus millibus ab
hinc annis actiones suas, sacrificia, ue-

neficia, nocturnas asportationes, confessi sunt, & ad mortem usque confirmarunt? Quot enim in Germania, Gallia, & Italia cremati sunt, quorum concors est ubique confessio. Si itaque cõmunis consensus legis Dei, & eius ecclesiæ, conciliorum, legum canonicarum, cõstitutionum Põtificiarum, Sanctorum, Theologorum, Summistarum, legum humanarum, Platonicorum, Peripateticorum, Medicorum, Historicorum, Poetarum, ex professo, & de aliis rebus scribẽtium, omnium populorũ, iudiciorum, cõfessionum, conuictorũ, collectionum, executionum, & communis sententia prudentum uirorum non sufficit ad probanda ueneficiorũ opera, quænam maior, & efficacior probatio desiderari potest?

DE

DE MORBIS VENEFICIS AC VENEFICIIS.

BAPTISTAE CODRONCHII *Medici*,

LIBER SECVNDVS.

QVID SIT VENEFICIVM EX ALIORVM sententia explicatur, & imaginationem illius non esse causam probatur. Cap. I.



ENEFICIVM in rerum uniuersitate reperiri, cũ iam prolixa satis oratione fuerit demõstratũ. Propositus ordo exposcit, ut quid sit ueneficium aperiam. Quod quidem ex aliorum sententia, est perniciosa quædam qualitas intensa imaginatione, uisu, tactu, uoce, uel naturæ proprietate, coniunctim, uel diuisim, cęlique obseruatione, uel orbium

moto-

motoribus adhibitis, propter odium, uel amorem inflicta. Quæ tamen ueneficii explicatio cum omnibus falsis innitatur, ueluti eius singulas particulas examinando manifestum erit, admittenda nō est. Cum quamplures ueneficorum effectus sint adeo manifesti, & sensui ità pateant, ut eos nemo audeat negare. Nonnulli tamen philosophi a quibusdam causis naturalibus produci; non antem a maleficis ope dęmonum, arbitrantur, & potissimum ab intensa imaginatione. Cui tantam uim tribuere, ut non solum multa naturalia & præternaturalia ex ipsa fieri credide rint, uerumetiam quæ agentis physici limites superant, ut maleficorum uene ficia, ac diuinationes. Ideo similitudinem, ac dissimilitudinem natorum, marem & fœminam ex imaginantium cō. ceptione coitus tempore fieri uoluerunt. Plerosque fœtus maculis uariis, & notis aspergi, defœdarique ex inten sa matris imaginatione. Est enim fętus eorum pars quamdiu est utero adnatus. Præterea dentes obstupescere ex

crium rerum cogitatione, altero rem
ſperam ſecante, uel ſerram exacuen-
e,horrorem incuti. Pleroſque ex uul-
eris, uel ſanguinis ex uena exeuntis
nſpectione uel alterius ſimilis rei ani-
mo deficere. Ex rerum rubrarum intui
ione ſanguinem è naribus quibuſdam
ffluere. Aegrotantes quamplures ex
concepta de medico opinione priſti-
nę ualetudini reſtitui. Et nonnullos ſa-
nos ex ualida de morbo ſuſpitione æ-
grotare. Ex frigoris imaginatione, fri-
gore corripi, odia, amores, & omnes
alias demum animi paſſiones ex ipſa
imaginatione prodire aſſerunt. Inter a-
lias enim potentias animę ſentienti at-
tributas, quæ corpora noſtra alterant,
phantaſiam ipſam eſſe exiſtimant. Et
eo magis cum imaginationi aſſenſus,
uel diſſenſus accedit. Ex quibus paſſio
nes, & alterationes oriuntur, quarum
qualitate corpus diuerſimode afficitur
& alteratur. Quod autem imaginatio
alterandi poteſtatem habeat hinc pa-
tet. Illæ enim animi operationes nos
alterare poſſunt, quæ magni ſpirituum

motus

motus ad diuersas corporis partes internæ, & externæ causę sunt. Sed ex imaginandi uirtute in nobis id accidit, igitur ut notissimum id pręsupponendum est. Quod autē imaginatio externa corpora pertingere, & efficere possit, probant, eo quod corporis spiritus, ea, qua est qualitate affectus ad imaginationem defertur. Qua quidem qualitate iuxta imaginantis uoluntatem, & imperium aer inficitur, & corrumpitur: a quo postea ueneficium contrahitur. Spiritus enim imaginationi deseruiens, non secus ac rationale quoddam sidus in quaslibet res, pro intensè imaginantis uoluntate radios salutares, uel perniciosos diffundit. Hac uia uehementi desiderio imaginationi addito, ueneficus amorem, odium, ualetudinem, ęgritudinem, uitam, & interitum inferre potest. Imo imaginatione etiam intermedia, res quandoque futuras aliquos pręsagire uolunt, quando spiritus imaginatiuæ uirtuti seruiens, adeo auctus est, subtilis, ac penetrans efficitur: ut per quam

abditam

abditam, reconditam, & penitus ignotam rem prçuidere possit. Sed sitne uniuersus hic de imaginatione sermo uerus, uel non, prçsertim de similitudine uel dissimilitudine natorum, maculis in fœtibus, stupore dentium, horrore, tremore, & cæteris similibus, quæ fortè causas rerum naturæ magis conuenientes habent, hic disputare superuacaneum esse duxi. Et ueneficia tanta diuinationes, ac nonnulla alia ex imaginatione non proficisci erit probandum. Qui enim fieri potest, ut imaginatio aliena corpora transferat in alienas regiones, imperet aeri, cõmoueat pluuias, grandines, uẽtos, uel potius illa dicto obediãt. Prçstantior.n. longe esset, q̃ intellectus. Non.n.quia dicat rem esse, vel nõ esse, idcirco res est, vel non est, sed econuerso. Mouetur enim intellectus ab intelligibili. Si igitur ex imaginatione res fierent, aut mouerentur, imaginatio similis esset intellectui diuino, q̃ verbo oĩa fecit. Quo nil absurdius excogitari põt. Cum tñ imaginatio nobis insita sit, ut imagines rerum,

quæ

quæ per ſenſum percipiuntur, ſeruet, eaſque quoties opus eſt intellectui offerat. Quod ueneficia, amor, odium, & cætera relata ex imaginatione inferri non poſſint; ſiue potentiam ipſam imaginandi, ſiue ſpetiem uel ſimulachrum imaginatum, ſui imaginationis actionem per ipſam imaginationem intelligamus; minimo negocio comprobari poteſt; Non enim ex imaginandi potẽtia ſola, & ſimpliciter accepta, amor, uel odium, ægritudo, uel ſanitas, & cætera huiuſmodi prodire poſſunt; Imaginationis enim poteſtas abſque ſpetie, & actu nihil agere poteſt. Nõ enim ſecus ſe habet imaginatio ſpecie carens, atq; oculus clauſus. Et ſicut dum animal dormit occluſis oculis, nihil uidere, nec aliud agere dicitur, ſic anima ſine ſpetie, & actu imaginandi ſecundum poteſtatem imaginãdi efficere nihil põt. Nec ſimulachro ipſi cauſa poteſt tribui talium effectuum. Quia quæ imaginatio cõcipit ab obiecto, rerum effigies, ac ſimilitudines ſunt, & nõ res ipſæ. Speties verò quæ recipiuntur in ima-

maginatione, non sunt ueræ, ac uiuę
peties, sed uiuarum, ac uerarum spe-
ierum similitudines. Et similitudines
il aliud efficere possunt, quam res il-
as, quarum formas, & effigies reddũt
stendere, ac se præferre. Cum autem
ulla res ultra suam spetiem, siue uirtu
em quidquã agere possit, qua uia tri-
utũ simulachris hisce putamus, ut ali
quid efficere possint. Quocirca cum
imilitudines nihil amplius efficere pos
int, quàm sese spectantibus, & meditã
ibus offerre, idq. in proprio, & non in
lieno corpore, credi nequaquam po-
est, ut per huiusmodi imagines, & simi
itudines ueneficia, & alia prædicta
iant. Quod autem per imaginationis
ctum nec ueneficium, nec quidquam
liud simile fieri queat, luce clarius o-
tendam. Si quidem pluris siue maio-
is uirtutis non potest esse imaginatio
is actus, quàm sit speties ipsa, siue o-
iectum, quod imaginationis actu con
ipitur. Sed ius, obiecti imaginabilis,
iue speciei eiusdem, est solum repre-
entandi, & non alterandi corpora, nisi
forte

forte per accidens ipſi obiecto conue-
nire hoc poſſit, quatenus corpus eſt.
Ergo uirtus ipſius actus uim ſolum re-
præſentandi non immutandi corpor-
malefica actione habebit. Eoque ma-
gis hoc ipſum corroboratur, quoniam
imaginationis actus in eo, qui imagin-
tur manet, minimeque in aliud exte-
rius ſubiectum, quaſi fęcunditatem h-
bens, quæ aliis uirtutibus tributa eſt,
tranſire poteſt. Sicut meorum oculo-
rum uidendi actus aliis communicari
non poteſt; pari modo & mea imagin-
tio in alterum migrare non poterit. E-
quemadmodum oculi colorata, quæ
intuentur, non alterationibus afficiũt,
ita & uirtus imaginatrix rem nullam
cuius ſimilitudinem, & imaginem con-
templetur, imutare poteſt. Solus enim
Deus res quas cernit, eo pacto quo
ſuę diuinæ libet uoluntati permutare
poteſt. Quinimo imaginatio ut imagi-
natio eſt, non ſolum in alieno, uerum
ne in ſuo quidem corpore quidquam
imutare poteſt. Nam agẽs in id magis
agere ſolet, quod ſibi eſt propinquius

quàm in remotius: preſertim ſi propinquius alterius naturæ non ſit, quam ſit remotius, ſed eiuſdem ſiue ſimilis diſpoſitionis. Sed ſpeties imaginationis ipſi homini, cuius imaginatio eſt, propinquiores ſunt, quam aliis ſuppoſitis. Si ergo hominem in quo ſunt, maleficio afficere nequeũt, multominus alia ab ipſo afficere poſſunt. Quod ſi experientia docuit imaginantium corpora imaginando alterari, & ſcripſit hoc ipſum Ariſt. lib. de Motu animal. nõ propterea & aliena corpora per illam imutari maleficio poſſe opinari debemus. Primũ.n. nõ omnis imaginatio imaginantiũ corpora alterat, ſed ſolũ rei appetibilis, ſiue cõuenientis, aut nõ cõuenientis appetitui, unde excitatur cõcupiſcentia, aut fuga, deinde ſequitur huiuſmodi alteratio ꝑpter cõiũctionẽ inter phantaſiam & appetitũ imaginãtis animæ. Quę coniunctio non eſt inter imaginationem vnius ſuppoſiti & appetitũ alterius. Quare ſicut imaginatione mea alterius corpus non alteratur, ſed meum tantum multominus maleficio

afficietur, cum illo proprium corpus non afficiatur. Præterea actio, & passio, vt Arist. docet, non sunt per agentis in meatus passi ingressum; sed per contactum dumtaxat. Verum quia species in imaginatione receptę externa obiecta tangere nunquam possunt; minimè veneficare eadem idonea existũt. Quæ uerò ex aduerso adducuntur ex iam dictis facilè dilui possunt. Esto enim imaginatione alterentur corpora imaginãtium; at non propterea pro uoluntate ueneficorum aliena, distantia, absentiaque permutare poterit, ut iam dictũ est. Similiter neque hoc ipsum præstabit corpus malefici per imaginationẽ suam mutari, tum quia passio illa corporis naturalis in distans, & pro uoluntate uenefici nõ potest agere, tum quoniam illa alteratio non est uenefica; alioqui veneficus prius maleficio afficeretur. Imaginationem pterea esse ueluti quoddam sidus, salutares uel perniciosos radios diffundens, & cui omnia sublunaria tanquam cęlesti intelligentiæ pareant, conceptus uolatiles

red-

ddi, & ad planetas ferri, innumeraq; mala, & calamitates inde mortalibus ferri & similia, a ratione, ueraq; philosophia aliena sunt, & nugę, mendaq; sathanica superstitione inuenta.

MALEFICIA PER VISUM INFERRI confutatur, & singulorum, quæ ab oculorum radijs fieri iudicantur, uera causa redditur. Cap. II.

OCuli inter cætera corporis nostri mēbra ita animi mores, ac affectus maximè pādunt, ut in ipsis animus inhabitare uideatur. Gaudente enim animo hilariter subrident, & eodem mœrente, ipsi quoq; hebetantur, ac languescunt, metu inualescente turbātur, grauiori premente molestia lachrymas exprimunt, ira efferuescente tumescūt & rubore suffunduntur, in mansuetudine remittuntur, in cogitatione, & cura quiescunt, & hærent, & in morbo comitiali aperti, nihil cernunt, animo caligante. Ita ut omnibus animi affectibus statim respondeant. Quid mirum erit, cum

cum malè animus est affectus, & oculi ipsius animi ministri, & affines sint, si per eos etiam ueneficium inferri possit: ut glossa D. Pauli in ea uerba. O Insensati Galathæ, quis uos fascinauit, nō obedire ueritati, affirmare uidetur. Cuius rei perpulchram admodum instituit Plutarchus disputatiouem in Symposiacis sermonibus. An ueritati consonum, aliquos habere oculos ueneficos, siue ut uertit interpres, fascinatorios. Quod tamen tanquam notum ex multis historiis credendum esse testatur, p̃terquàm quod rationibus etiam facilius persuaderi possit. Ex oculis. n. radii quidam, & spiritus, seu effluuia emittuntur, qui ueluti iacula quædam, ac sagittæ ad corda eorum, qui ueneficio afficiendi sunt, deferũtur, totumq; corpus inficiunt. Atque ità nulla interposita mora nō solum homines, & bruta animalia, sed & arbores, & segetes perniciosa qualitate inficiant, & ad interitum deducant. Quam uim maleficam aniculas mulieres maximè habere deprehenditur, quas uisu nocere u-

lib. 5. pro pl. 7.

que compertum est. De Eriphyla ue-
nefica legitur, quod quæcunque ani-
malia esset intuita, ueneno statim Le-
thifero afficiebantur. Ex quo illud ad-
agium emanauit, Anus Eriphus. Isogo- ll. 7. c. 2.
nus tradit referente Plinio, in Tribal-
lis, & Illyriis esse familias quasdam ef-
fascinantium, qui uisu effascinent, in-
terimantque quos diutius intuentur,
iratisque præcipuè oculis, & puberi-
bus potissimum nocere. Huius gene-
ris fœminas in Scythia, quæ uocan-
tur Bythiæ, Appollonides prodit.
Prȩter ea Tibios olim Ponti accolas,
in oculorum altero gerentes gemi-
nam pupillam, in alio equi effigiem,
non pueris modo, sed adultis quo-
que exitiosos fuisse, scriptum reli-
quit Phylarcus, Tabescere enim, &
morbis implicari, qui eorum obtutũ,
anhelitũ, aut loquelã sustinuissent. Qđ
mali senserunt mercatores aduenæ, q
emptitios ĩde seruos educere solebãt.
Fȩminas quoq. oẽs ubiq. uisu nocere,
q̃ duplices pupillas hẽant. Ciceronem
authorem Plinius citat. Veneficorum,

 quæ

quæ uiſu inferri ſolent, mille hiſtoriæ leguntur. Inter alias tamen, unam dumtaxat, ab authoribus grauibus, & certis relatam libet hìc tranſcribere; cuiuſdam uidelicet mercatoris, qui cum in partibus Suetiæ extra quoddam caſtrum animi cauſa per quoddam pratum duobus famulis comitatus, perambularet, malefica quadam muliere ab uno ex conſeruis à longè cognita, adhortatus eſt mercatorem, ut ſigno ſanctæ Crucis ſe muniret; quoniam illius ditionis potior uenefica, quæ ſolo intuitu maleficia inferre ſciret, ipſis obuiam ueniret. Quod monitum ipſe paruipendens, & iſta nunquàm ſibi timorem incuſſiſſe aſſeuerans, cum nondum ferè illa protuliſſet uerba in pede ſiniſtro illatam læſionem expertus eſt; ita ut cum pedem è loco amouere nõ poſſet, & dolore lancinaretur, ad caſtrum equo fuerit deductus. Vbi per triduũ doloribus auctis, accerſito quodam uillico, qui huiuſcemodi curare mala profitebatur facto periculo ex plumbo liquefacto, & in aquam ſupra

pedem

idem proiecto, morbum ex malefi-
o ortum duxisse, quibusdam prolatis
erbis, & tacto pede per aliud triduũ
ratus est. At non solum oculi homi-
um tanta pernicie, uerumetiam bru-
rum animalium præditi sunt. Quidã li. 29. c. 4
nim ferarum scriptores, & præsertim
inius, memoriæ prodiderunt, Basili-
um esse ita exitiosum, ut solo oculo-
m intuitu, homines, cæteraque ani-
antia interimat. Gallorum quo-
ue oculis semina quædam, ac spi-
tus in esse ferunt, quibus leonibus
olor, ac mœror incredibilis incuti-
ir. Nec dissimilem naturam lupi ha-
ere perhibentur, qui si priores ob-
iam quempiam conspexerint, illi-
o ei uocem adimunt, ut ne sonum
uidem emittere possit, tantum abest,
t uociferari, aut fari ualeat. Testudi-
es etiam fouere oua, & fœtus excute
e oculis dicuntur. Quid mirum, quòd
atura tantam uim oculis indiderit?
um uideamus menstruatas mulieres
pecula intuentes ea sanguinea nube
aculare. Et amoris origenem a uisu

nasci, sic ut amans diffluat, ac liquetur, quoties formosam spectat, uelut in illã cõmigrans; mutuus ille aspectus eorũ, qui in ætatis flore existunt, & quod ex oculis emanat, siue illud lumen sit, siue pfluuium quoddam amantes cõficit, ac interimit permixta dolori uoluptate. Qui tangunt, qui audiunt, non perinde uulnerantur, afficiunturue, ut ij, qui fixis oculis spectantur, & uicissim spectant. Tanta enim ex obtutu in initima uiscera penetratio, tantusque ardor nascitur. Nonne & admiratione dignum est, quod de Galgulo scribit Plinius, quæ regium morbum Icterum dictum ad se attrahat, ipsumque per oculos effusum hauriat, Homo uerò qui tali morbo erat correptus, sic ab alite uisus sanatur, & ales moritur. Inter reliqua morborũ genera lippitudo a Græcis ophtalmia dicta, solo intuitu a contrahitur, adeo momentaneam, perniciosamq; uim uisus habet, ut alteri effricare mali originem, & iniicere possit. Nec solum corporis, uerum & animi affectiones per oculos noxam in ui-

lib. 30. cap. 10

s transfundere possunt. Quotiescun-
que enim inuidia tabescentes liuidos
aliquem oculos defigunt, animi si-
mul nenenum uibrant, & quasi iaculis
irulentis inuisum confodiunt, & uul-
nerant. Quamplura alia Plutarchus ad
ucit ad comprobandam ueneficam
hanc in oculis uim, quę prudens lector
ex se legere potest. Equidem uene-
ficia per uisum inferri inficias ire non
debemus, cum & quamplurimis ex-
perimentis, authoritatibusque res hæc
sit comprobata. Sed qua ratione ex
sola uisione inferantur, difficilimum
est percipere, cum enim oculus sit a
natura duplici facultate donatus, ut
testatur Gale. motrice uidelicet & uiso- li. 3. met.
ria. Prima multis aliis particulis com- mel. c. 5.
munis est. Altera uerò ipsi peculia- & 6.
ris, cuius ratione ad exactam rerum,
ac scientiarum cognitionem facile
peruenimus, uitam conseruamus, uti-
libus electis, & ipsam tuemur noxiis
uitatis. Ideo in parte sublimiori fuit
collocatus, ut esset tanquam custos,
& speculator, ne pedes declinarent

a re-

a recta uia, & ne manus apprehenderent nocua, & ne ipse extrinsecus irretiretur periculo. Et preter has duas actiones nullam aliam sit sortitus. Sequitur uenenandi, & interimendi uim ab ipsius natura multum abesse, cum ad multas rerum differentias ostendẽdas, & non ad res ipsas abolendas, & exterminandas procreatum esse dixerit Aristot. Et si ueneficia inferri intuitu solo uideantur, ex natura, & oculi proprietate nequaquam emanare possunt. Sed est necessarium aliam indagare caussam nobis & naturæ occultam. Et quamuis de uidendi modo inter antiquissimos etiam philosophos fuerit cõtrouersia. Cum alii dixerunt ut Plato, & Galenus fieri per radiorum emissionem ab oculo ad rem uisam; Arist. uerò per actionem obiecti in organum uisus per mediũ conspicuum, nunquã tamen ob alium finem, iustum esse datum dixerunt. Nam cum ad uidendũ duo præcipuè sint necessaria, uidendi facultas, & ipsum obiectum idoneum: ex horum nullo ueneficium originem

li. de sen. & sen.

ucere, probare enitar. Non ab obie-
cto ipso, quod cum visibile esse debeat
ex Arist. in lib. de anima, erit uel color,
uel diaphanum, uel lumen. Si pro uidē
a obiecto color sumatur, nequaquam
per eum veneficium immitti potest. Si
quidem omnis coloris natura sit, ut lu
ce irradiata actu diaphanum moueat. 7. Phys.
Quia cum uidere sit quoddam pati, ut
ait philosophus, & color semper a sen
u distet, medium aliquod intercedere
necesse est, per quod color in sensum
agat. Quod quidem medium diapha-
num ipsum est, nam ut idem Arist. do-
cet agens, & patiēs oportet esse simul.
Quare color diaphanum mouet, qui
color spetiem suam in eiusmodi medio
lumine affecto spiritualiter multipli-
cat. Diaphanum autem coloris spetiē
ad oculos, quos mouet, defert, & ita ui
dēdi actio absoluitur; unde si ex parte
obiecti q̄dquam incōmodi uel lęsionis
oriretur; nulli nisi oculis ipsis noceret;
Vt fieri uidemus, qñ excellens obiectū
illis offertur, qđ sensum corrūpit, ut cū
oculos solis radiis obiicimus. Nō ergo
ratio-

rōne obiecti per oculos q̄squam ueneficia inferre pōt. Nec etiam rōne potestatis, quę siue passiua sit, ut Aristo. ait, sentire est quoddam pati, quantū ad organū: siue actiua ut apprehendit, & de obiecto iudicat, per uisum ueneficium inferri non potest, non ut actiua. Quoniam ut actiua uirtus est, hoc solū obtinet, ut in ipso oculo formam obiecti uisibilis exprimat, siue actum uisionis, quę sublato uisibili transit & desinit, eliciat. Vnde impropriè actiua dicitur. Quod si ita est, passionē aliis inferre nō pōt, sed ipse ab aliis patitur. Nec quatenus passiua, quia ut Arist. in 1. de Gene. ait, sensatio spetiem recipiendo fit. At dum a re obiecta spetiem recipit in alios ueneficiū iaculare nō pōt: Species. n. uisibiles ab obiecto diffusę, & in sentiēdi parte receptę, sentiēdi actū ab soluūt. Qđ si uis passiua quatenus patitur, & recepit agere, & cōicare nullo mō pōt, neque uirtus oculi quatenus passiua est, passionē aliis inferre, neque uenena fundere poterit. Quinimo si uisus spēs quas recipit in alios iaculari

possēt;

ſſet, etiam tũc faſcinare nõ poſſet, ſi
ē ſpẽs nõ eſt res, ſed rei ueſtigiũ, & ſi
ılachrum, quod oĩs actionis eſt ex-
rs: ut Themiſtius, & Alexander in-
int, & tm̃ uiſũ ad uidẽdũ excitat. Qđ
de roboratur, q̃a uiſus imanẽs, & nõ
nſiens actio appellatur. Per tranſeũ-
.n. actionẽ ſem p̄ aliq̃d fit, quod actio
e abſoluta manet. Vt domus ædifica-
one perfecta, domus ædificata relin-
uitur, ſed deſiſtente uiſione, nihil ſu-
ereſt, ut Alex. & Ariſt. fatentur. Ergo
mmanens actio eſt, ut idẽ in lib. diui-
orũ fatetur, & ad externa obiecta ni-
il iaculare põt Reliquũ modo eſt, ut
is, quæ in oppoſitam partem fuerunt
dducta ſatisfaciam. Et ad illud pri-
no, quod aiunt ex oculis ſpiritus, & de
luuia quædam emitti, quæ uim uene-
ĩcandi ſecum deferant ad corpora ui-
a, dico cum Ariſtotele, uiſionem non
fieri ſpirituum emiſſione, ſed ſpetierũ
receptione. Quod ſi ſpiritus ex oculis
exire cõcederẽ, animalia parũ viuerẽt.
Ex cõtinua.n. ſpirituũ ab oculis effuſio
ne eorũ corpora languida, & ĩbecillia
redde-

redderentur, & tandem etiam non magno temporis interuallo interirent, Quod tamen non euenit. Nam ex magna vel longa inſpectione oculus quidem, ac uis uiſiua debilitatur, ſed totũ corpus nullam iurium imminutionem percipit. Quanta vero virium eneruatio, atq; imbecillitas fiat ex conſumptione ſpirituum, patet in ſectione uenæ, & in congreſſu venereo. Præterea ſi ſpiritus ex oculis ueneficorum egrederentur, & ad corpora ueneficio afficiẽda peruenirent, quis eos ad rem viſam comitabitur, num rationis participes ſunt? quomodo flantibus uentis ab eorum impetu diſſipati, & ab excellenti calido, uel frigido conſumpti, ad rem viſam peruenire, & eam ueneno inficere poſſent? Nec mulierculis, uetuliſue hæc ueneficandi uis adſcribi debet, eo quod in aniculis menſtruus ſanguis cohibitus, ac in corpus redundans, ut nonnulli perſuadere contendunt. Cũ enim menſtrua purgatio uetulis ex ætate, & naturæ præſcriptio deficiat, neque ipſis, neq; alijs aliquid mali eſt al-

latura.

tura. Quinetiam ea, quibus ex mor-
bo suppressi sunt menses multo uehe-
mentius pueros fascinarent, quod nõ
oculis modo, uerum etiam habitu, &
spiratione uis efficatior esset. Acce-
dit, quod cum auibus cornea tunica
adeo rugosa sit, & talem crassitiẽ mem
branæ omnes contrahant, ut aliæ qui-
dem prorsus nihil, aliæ uerò malè, aut
ex uideant. Et ideo Arist. asserit, facul
tatem animæ iudicatiuam, & animam
ipsam per senium non debilitari, sed so 1. de anima text. 65
lum organum corporeum, & cum ocu
lus in se ne sit factus terrestris, ac mi-
nus perspicuus, hinc fit, ut minus aptus
sit ad lumen, & colores recipiendos,
officium enim organi est recipere, &
animæ iudicare. Ideo si senex accipe-
ret oculum iuuenis, uideret utiq; ut iu-
uenis, prẹter quod spiritus supernè par
cior in aniculis adfluit, ex quo uisio de
bilior efficitur. Et ideo cum aniculę pa
rum, ac diminutè uideant, & exiles spi-
ritus ab oculis emittant, fieri non po-
test, ut maxima fascinandi uis in ipso-
rum oculis uigeat. Imò esto quod spi-

ritus

ritus huiusmodi uirtutem haberet, tamen ob ipsius inopiam, tum quia ipsæ siccę sunt naturæ, ueneficio afficere minimè possunt. Si quos uerò solo intuitu aliquando mala inferre putamus, unde homines & pueri potissimum ad tabem, uel aliam affectionem deueniant, equi macrescant, & emoriantur, segetes sanguineant, arbores crescāt, pecudes lacte destituantur, ac deniq; alia malorum genera infligantur, non oculorum naturæ, non totius uitiato temperamento, sed dæmonum uirtuti adscribendum est, qui uirulentam qualitatem, & contrariam illi rei, quam possum dare uolunt, iaculantur. Quæ qualitas odore solum, aut rerum adhibitarum uapore humores corrūpit, & morbos procreat. Quos postea nulla medicorum uis cognoscere, nę dum sanare potis est. Quod uerò id naturæ uia effici non possit, hinç clarum esse potest. Primum si maleficiorum effectus considerentur non nisi multo tempore, & multis præuiis dispositionibus perfici posse uidētur si à natura sint, ut in simi-

libus

us obſeruamus,deinde quod homi-
bus nocet,ſegetibus, arboribus, ac
utis animalibus officere non ſolet.
nihilominus,quæ per uiſum inficere
tantur,eodem intuitu,& nulla inter-
ſita mora ut ſuperiori exemplo pa-
quæcunque uolunt,faſcinant,ac in-
rimunt.Ex dæmonum igitur actione,
maleficarum prauitate accidunt: Et
eo omnes authoritates, quibus per
ulos ueneficium exerceri demõſtra-
r,hoc pacto ſunt interpretandæ. Ve-
m quia nõ omnes nouerũt,tali facul-
te dęmones eſſe pręditos, ideo huiuſ
odi cauſam oculorũ naturæ aſcripſe
nt.Interdũ tñ accidere conſueuit, ut
ieri & hoĩes ĩbecillæ naturæ,quos fa
le infectio penetrat,uiſu & exhalatio
inficianĩ.Ex ſordidis.n.& male affe-
is corporibus uapores tetri, ac inſua
es, tanquam ex palude quadã limoſa
xhalare ſolent, ex quibus alii facilè
ficiuntur.Vt cum quis phthiſi,lepra,
eſte,uel alio contagioſo morbo affe-
us, alios inficit: idque non malefi-
ium, ſed contagium dicendum eſt.

H Sicuti

Sicuti etiam ophtalmia laborantibus usu euenire consueuit, ex quorum oculis lippis in alterius oculos lippitudinem iaculari posse ex Galeno, & ipsa experientia didicimus, ac similem infectionem inferre. Quæ tamen uisio non est, sed uaporum prauorum extramissio, qui ad oculos sanos delati, ipsos inficiunt. Tales autem putridi, ac corrupti spiritus a contagiosis morbis, & malè affectis corporibus exeuntes, uirtuti corporum non obediunt, nec certũ, determinatumque potius hominem quàm quemlibet obuium sine discrimine lædunt. Si enim corporis uirtuti parerent, eosq; natura regere posset, ac eisdẽ dominari, in corruptionẽ, uel putredinem abire nũquam pateretur. Nec rationi consentaneum uidetur, utilem, & bonum humorem, quem natura a putredine uendicare non potuit, putridum iam, & exitialem gubernare, & quorsumlibet porrigere posse. Profecto si halitus seipsos ad præfinitum locum conferendi, & res imperatas faciendi uim haberent, nemo esset, qui

1. de dif. feb. ca. 3.

ratio-

ionis participes eos non arbitrare-
,& si animati forent, talia per spiri-
fieri concedere possemus. Sed cum
imæ expertes sint, & sui itineris du-
m nullum habeant, ad præfinitam rē
lendam deferri nequeunt. Quod si
t, dæmonibus, ut dictum est, ascribi
bet. Verum quidem est, quandoque
ntingere, ut ex tetris, ac fœdis irati
ominis, aut aniculę oculis, tenelli puę
& ad morbum parati, ex huiusmodi
tuitu perterrefacti, in uarios mor-
os incidant, in quos fortasse ob aliam
usam paulo post incidissent. Quæ
uidem uia ueneficii nomen non me-
tur. Cur uerò Tryballi, & Illirij, quæ
m Bythię fœminę, Thibiique uisu
ulta mala inferant. Plutarchus prauę
rporum dispositioni causam ascri-
it, ita ut ex contrectatione, ac conta-
iosa ipsorum coniunctione morbis
xitiosis aduenæ implicentur. Quod
robat exemplo pēnarum aquilę, quę
dhęrentes pennis reliquarum alitum
osas absummant. Plinius uerò arbitra-
us est, in oculis horum a natura fuisse

genitum uenenum, quo cæteros hoſes lędant. Cui opinioni ſubſcribēs Fernelius, ait, id rarò, & quaſi miraculo priuatis qbuſdam naturam irrogare. Quę tamen omnia figmenta q̄dam, ac nugæ ſunt, ut ex ſuperioribus patet. Et uera cauſa eſt, ut ex inito antiquitus cum dæmone pacto, hi uiſu mala inferre ſciāt. Nec quia nonnulli oculos cæſios, aut glaucos, aut uirides, aut diuerſi coloris habent, aut duas pupillas, in iiſque modo equi, modo alterius rei ſpeciem geſtent, faſcinare dicuntur; nec enim colorum in oculis uarietas, ex humoris uincentis, uel caloris, ſiue amborum commiſtione in cornea tunica oritur, ſed quia cum dæmone fœdus inierunt. Quod etiam de Baſiliſco circumfertur, falſum eſſe cenſeo, ut uirulentis radiis ex oculis emiſſis, quoſcunque intuetur, interficiat, ſed potius per uenenoſos helitus necem inferre, fortaſſe per ſibilum virulentam expirationem efflans: Quod uero aſſerunt, ſi ſeipſum in aqua, uel ſpeculo intueatur, illico emori, nullo pacto uerum

n esse potest. Tum quia spiritus ex
llis exire non possunt, tum etiam si
dmitteremus, exitiosi basilisco nõ
ent, cum ei uenenum congenitum
iliare esse dicatur. Et quamuis sciã
quos doctissimos uiros asserere basi
um non reperiri, authoritatibusque
rationibus id probare, affirmantes
quæ de ipso scribuntur, præsertim a
nio esse fabulosa, cum tamen horũ
inio multum deroget authoritati sa
rũ literarũ, sanctorũq; doctorũ illas l. 8. nat. hist. c. 21
plicantiũ, hanc disputationẽ omitte
satius esse duxi. Ad illud de gallis, q
oculos dolorem leonibus incutiũt,
Lucretius ait, dico inter bruta aĩalia
sensum, ad dissensum esse. Vt de mu-
la, quę miro eiulatu in bufonis os se
uorandam ingerit. Sed ex his homi
s ꝓprietatẽ longè diuersam arguere
n possumus, cum maior sit dissimili-
do inter hæc, q̃ similitudo inueniat.
uod uerò de lupis uoce priuantibus,
em uiderint, ni ipsi antea uideantur,
d sẽtiã ĩ tractatu de uitiis uocis Deo
nte, explicabo. Nec testudo oculis

oua fouet, sed illa custodiendi studio spectat, ut ab eis nociua remoueat. Et hac ratione ea fouere dicitur, nō quod per oculos calorem eis communicet. Ad fœtus enim excutiendos terrę calor sufficit. Id autem quod de menstruatis mulieribus fertur, nos mouere non debet, quod leuigata specula si aspiciant, ex oculis emissis sanguinea nube aspergant. Visionem siquidem non spirituum emissione fieri, sed specierum receptione iam dictum est. Si uerò species ex oculis exire concederem, quo pacto tanta spirituum copia elabi posset? Insuper si cum aliquid intentè aspicimus, tot species emitterentur, animalia parum uiuerent, Cum sine spiritibus anima in corpore pmanere haud possit. Non igitur specula ex spiritibus ab oculis emissis tinguntur; sed potius a uaporibus ab ore, & nasibus exeuntibus maculæ in speculis fiunt. Vt cuilibet periculum facere uolenti notum esse potest. Quod autem non amantis intuitus, sed animi libido amantem in uarias insanias rapiat, hinc clarū fiet.

Quia

quia quãplurimi sunt, qui seu nideant,
ne uideantur, nunquam tali uesania
ficiuntur. At si spiritus ab amatæ ocu
exeuntes quempiam afficiendi uim
aberent, in cunctis hominibus eun-
em effectum parerent. Verum quia
ermultos inhonestos amantes ean-
em mulierem inspicere uidemus, a
ua, & ipsi uidentur, & nihilominus in
amoris nihil ob eiusmodi aspectum
cipiũt. Hinc est ꝙ ad animi turpitudi
em, & non ad intuitum amorem refe-
mus, non igitur per oculorum spiri-
s amor communicatur, sed potius a-
ans cũ rem amatam intuetur, illius
ulchritudinis imaginẽ in uirtute ima-
inandi recipit, ex qua ob continuum
naginandi actum, concupiscendi uis
ficitur, unde totius corporis altera-
o, & commotio nascitur. Id quoque
uod de aue Ictero dicitur, fabulosum
sse existimo. Vtcunque tamen sit, ex
rutorum animalium proprietate ho-
inum uires expendere nõ debemus,
um inter se distent maximè, ut sępè
emini.

EX TACTV VENEFICIA FIERI non posse, probatur. Cap. III.



Er tactum quoque maleficos homines, & præsertim mulierculas, & obstetrices uenena sua fundere, morbos inferre, & abortus facere, literis proditum est. Et quampluribus exemplis cõprobatum, mulier.n. quædam nobilis cum uterũ gereret, ab amica monita, ne ex Castro exiret, quia ueneficam celebrem nouerat, quæ solo tactu maleficia inferebat, & abortus parabat. Oblita cõsilii, uisitandi gratia alias mulieres ad conuiuiũ cõgregatas prodiit è Castro, dum autem sederet, & confabularetur, accessit simulatè salutandi gratia q̃dam, quæ miro quodam artificio mulieri blandiendo, manibus uētri admotis, fœtus motũ insuetũ statim percepit. Domum igitur reuersa, fœtũ in frusta comminutum summo cum discrimine uitæ eiecit. Quędam alia mulier in Argentorati ditione uterum gerens, ènixè rogata a quadam obste-

rice, ut ad suscipiēdū infantem partus
pe ipsam accerseret: sciens ipsam ma
ficam esse, blandis uerbis, ac pollici-
tionibus dimisit, & aliam instante
artu aduocari iussit. Quo factum est,
t hęc infœlix mulier uolēs, ut adagio
ircūfertur, uitare Charybdim, in Scil-
am inciderit. Malefica enim id mole-
tè admodum ferens, nocte quadam
na cum duabus aliis mulieribus do-
num ingressa, & ad cubile puerperæ
ccedens, enixa timore affecta uolens
lamare, & uirum qui in altero cubicu
o dormiebat uocare, protinus uox de
icit, & uires adeò concidunt, ut ne pe-
dem quidem mouere posset. Venefica
uerò maledictis prius ipsam lacessen-
do, & obiurgando, quod ipsam ad-
uocare renuisset, dixit, quasdam res
in aluum eius inicere uolo, quæ
quidem innoxia per sex menses illi
erunt, ut aliqua ex parte morem ge-
reret aliis mulieribus pro ea effla-
gitantibus, quibus tamen peractis
ingentes cruciatus ipsi inferrent.
Accessit ergo & uentrem manu tetigit

& ipsa egressa, cum uocem, uiresque puerpera recuperasset, uiro rem prout gesta erat, narrauit. Cui tamen fidem non adhibuit, uaporibus uterinis, ac imaginationibus puerperarũ id ascribens, Nihilominus sex mensibus peractis, grauissimi cruciatus circà uentrẽ inferiorem ità ipsam torquere, & lancinare cœperunt, ut diu ac noctu clamare cogeretur. Quoniam tamen fide, ac deuotione multum pollebat erga sacratissimam Virginem, ad cuius auxilium implorandũ singulis diebus sabbati panem tantum cum aqua semel in die assumebat, hac necessitate compulsa spem suam erga Deiparam amplius auxit. Ita ut quadam die cum aluum exonerare uellet, spinas, ossa, ligni frustula, ac multa alia per inferna reiecerit, magna tum uiri, tum aliorum spectantium admiratione, & a torminibus libera facta fuerit. Quæ quamuis difficilia creditu uideantur, unica marina torpedo ad id credendum nos inducere potest. Cui tanta uis inest, ut si fuscina, uel hasta attingatur a piscatore ma-

nus,

us, & lacertos ipsius stupore non mo-
dico afficiat. Vt fateri necesse sit, quali-
tatem aliquam ei inesse, cuius faculta-
te membra afficiat. Eodem modo uene
ficio affectis accidere consueuit, qui si-
mul atque ab aliqua malefica prætacti
sunt, statim malè affectos esse perci-
piunt. Hyænæ quoque umbræ conta-
ctu canes obmutescere author est Pli-
nius, & quibusdam artibus magicis li. 8. c. 10
omne animal quod ter lustrauerit, in-
uestigio hærere. Vt interim multa alia
miranda de hoc animali fero, ac crude
li silento inuoluam. Serpens quernis
frondibus contactus moritur, & in ue-
stigio gressus hęret, iniecta Ibidis pen-
na. Et uipera arundine percussa tor-
pet, ac fagi ramulo contacta statim ob-
stupescit. Quare non uidetur uanum,
quod de ueneficio per humanum ta-
ctum eiaculato circumfertur Echeneis
semipedalis pisciculus remora appel-
latus, eo quod nauem cui annixus fue
rit remoretur; ruant uenti licèt, & sę-
uiant procellę, imperat furori, uiresque
tantas compescit, & cogit stare naui-

gia,

gia, refrenat uentus, & domat mundi
l.5.sym. rabiem non retinendo, aut alio modo,
prob. 7 quàm adhęrendo. Aquilarum pennis
mistæ aliarum alitum pennę, ut tradit
Plutarchus, absumuntur, quod minimè
fit, si cum aliis teneris ac mollibus etiã
putrescentibus misceantur, ita nihil
prohibet, quin alicuius hominis contactus
sit salubris, alterius uerò noxius,
exitiosusque. Quæ omnia ut ueritati
consona concedam, uim enim maximam
in rebus naturalibus habere latentem
consensum, ac dissensum, quẽ
sympathiam, & antipathiam dicunt,
docti omnes norunt. Tactus uerò solius
facultate maleficos homines morbos
& neces inferre posse, a ueritate
alienum esse iudico. Qui enim fieri potest,
ut tactus, qui ad animalis salutem,
& nõ ad perniciem a natura est factus,
quique malefico ipsi salutaris est, aliis
pniciosus, prǣteq. ueneficia eiaculandi
sit pditus. Nam & q̃ solo cõtactu afficere
uident, ea sunt, q̃ marcescere cõsuerũt,
ut fructus aliq̃s, si fructui adhæreat,
sic namq; aliena caliditas, atq; hu

midi-

iditas, quæ euaporationis principia
int, commiſcentur, quod de homini-
us dici non pot, quippe qui ab huiuſ-
odi accidẽtibus alieni ſunt. Accedit
uod cũ nõ eadem omni aĩantiũ gene
ſint cõmoda, & incommoda ut ſcri-
it Hipp. & differat corpus a corpore,
atura, nutrimentum a nutrimento, ita
tiam mala, quæ per infectionem cõi-
antur multiplicia ſunt, quoniam a-
ud arboribus & ſatis nocet, & anima-
um nulli obeſt; Contra quoddam ani
nalia infeſtat, & ſatis arboribuſque
arcit, & inter animalia hoc homines,
llud boues, uel equos, uel alia carpit,
uin & in eadem ſpecie, quod ſenibus
ocet, pueris, & iuuenibus non obeſt,
& ſic contra, neç quod mares, ſemper
nulieres tangit, alij certas peſtes ſenſe
e, alij nõ: alij inter peſtilẽtes illęſi uer-
antur. At cũ per ueneficarũ tactũ oĩa
quę corruptioni obnoxia ſunt, inficiun
tur, eiuſmodi infectionis cauſam ad a-
lium, q̃ ad hominẽ: ad dæmonem uide-
licet referendam cẽſeo. Adde opus eſ-
ſe, ut mala, q̃ p cõtagiũ medio cõtactũ

li. de flatib.

contra-

contrahuntur, ut corpora diù etiam medio ſudore, uel inſigni caliditate ſimul adhęreant, & coniungantur, cùm non protinus ſanus ex contactu infici poſſit, ſed multa uel aliqua ſaltem mora interpoſita, at ex leuiſſimo maleficorum contactu etiam ſolis indumentis facto, ſubito exitiales, ſæuiſſimique effectus fiunt. Quæ niſi ab inſigni, ac præſentaneo ueneno fieri poſſent. Ita ut à ſolo contactu illos proficiſci poſſe nõ poſſimus aſſerere. Præterea ſi malefici per contactum propria facultate mala aliis inferrent, neceſſe eſſet, ut ipſi prius tali morbo laborarent. Morbi enim per contactum alia ratione minimè contrahi poſſunt. Corpus enim ſanum ægrotationem in alios immittere nequaquam poteſt. Videmus tamen huiuſcemodi maleficas mulieres, cum ſanæ ſunt, uaria ueneficia aliis inferre medio contactu. Quare fatendum eſt eiuſmodi contagii cauſam in alium, quàm in hominem eſſe reiiciendam. Et quamuis uenenum peſtiferum conſeruari poſſit in excrementis, & in indumen-

umentis hominum ſine ipſorum læ-
ione, nequaquam tamen poteſt in ui-
entibus particulis. Quia ſi uapor, uel
enenum in uiuentibus particulis con-
eruaretur, uel eſſet efficax, uel ineffi-
ax. Si primo cum ſit in corpore cali-
lo proculdubio & in agendo, & in re-
patiendo aliquam læſionem faceret. Si
utem eſſet inefficax, quemadmodum
non ageret in particulam uiuentem, ita
etiam non ageret in proximos, at ue-
neficę mulieres non per fomitem, non
per aerem, ſed per cōtactum morbum
nferunt. Quare ſi alios inficit, ac interi
nit, ipſas etiam lædere, ac iugulare eſ-
ſet neceſſe. Ad ſimilitudinem uerò, quę
de marina torpedine, ſerpente Hyena,
uipera, ac reliquis adducitur, dico eam
roboris nihil prorſus habere. Quia cũ
homines, & bruta ſpecie differant, pro-
prietatibus quoque diuerſis præditi
ſunt, nec rectè ab illis ad hominem ar-
gumentamur. In brutis enim proprieta
tes illæ manifeſtæ, & euidentes ſunt, ne
quaquam autem in hominibus. eiuſdẽ
farinæ eſt exemplum de Encheneide
remora

remora dicta. Quæ ut eiusmodi proprietate nauem sistendi prædita sit, concedam, quid tamen commune cum homine habet? Quo pacto ex ipsius natura, hominum uirtutem, ac proprietatem metiri possumus? Quamuis non desint, qui nauium retentionem magnetis montibus adscribant,& non remoræ. Quæ cum circa montes illos degat,ac uictitet,nauium retentionem ostendere, & nō efficere; Non enim uerisimile esse uolunt, tam paruum pisciculum sua natura ea uirtute præditum esse, ut tam uasta nauigia remoretur, ac tantas uires, tantosque uentorum impetus compescat. Quod si etiam,(uti cuidam placet,) id magnetis montibus adscribi non debeat, ad aliquod ignotum,& ex accidenti obiectum impedimentum, referendum est. Et dato, quod ex magnetis ingenti copia in mōtibus qbusdam latēte retardarentur rōne ferri,quo insertæ, & cōditæ sunt: non propterea ex hoc exemplo a magnete sumpto, maleficia per tactum fieri inferendum est. Cum simili-

lit udo

studo nulla sit, de eiusmodi Echeneidis effectu alii etiam aliter sentiunt, asserentes, quod quemadmodum a torpedine stupor manibus inii-itur, etiam si non tangatur per lineam subiens: ita & motui nauis ille pisciculus. Nam propter officium quædam sunt immobilia semper, ut poli, quædam ratione loci, ueluti terræ pars, quæ in centro est. Contra quædam officio semper mobilia, ut cęlum, quædam natura loci, ut flumina, ita quibusdam mouendi potestatem, ut magneti, aliis contrariam facultatem uidelicet eiusmodi sunt, quæ motu priuant, ut Echeneis. Ratio uerò in principiis, quia sicut motus, & quies sunt contraria, sic hæc efficiunt quædam causæ contrarię, vbi quies uiolenta, motus vero naturalis sit, uel contra, quies secundum naturam, motus contra naturam. Quicquid tamen sit, an ex latenti causa id fiat, uel ex manifesta, hoc exemplo nequaquam veneficia tactu inferri posse probabitur, De aqui-

larum uerò pennis, quid ſit reſpondē-
dum, iam ex ſuperioribus ſatis ſuper-
que conſtat.

NVLLVM HOMINEM EX PROPRIETATE *naturæ ueneficio afficere poſſe, ſed ex peculiari nequitia à dæmone adiuta proficiſci.* *Cap. IIII.*

REerum inſitis proprietatibus tantum nonnulli tribuunt, ut etiam homines ex naturæ proprietate uenena in alios fundere, ac interitus facere arbitrentur. Quemadmodum enim, aſſerunt, multa ſunt ſimplicia medicamenta, herbæ, lapides, animalia, quæ facultate nobis ignota uarios morbos efficere idonea ſunt. Sicut Apium aquaticū, iecur hircinum eſitatum, cornu ceruinum, gagatem lapidem, ſuo odore comitialem morbum excitare, ut ſcribit Plinius, ita etiam aliquos homines reperiri, qui uel per inſenſibilem alterationem, uel uaporem aliquem emittendo, aliis noxii ſint, & infeſti. Cum enim homo ſit quodammodo omnia per

parti-

rticipationem cùm ſuperiorum, tũ
ſeriorum, non eſt inconueniens, ali-
quos eſſe homines, qui cum animali-
s, uel aliis rebus in aliqua proprie-
te conueniant. Accedit quod cum
eterorum animalium, quædam uiſu,
onnulla anhelitu, alia tactu mortem
iis, non tamen ſui generis inferre ſo-
ant, homini quoque qui in quæcun-
ue genera ſæuit, & preſertim in indi-
dua, quæ ſub ſe continentur, nullum
eneni genus a natura negatum eſſe,
reditur. Si Antropophagi brutorum Plin. l. 7. cap. 15
nimalium more humanis carnibus
eſcuntur, quid prohibet, aliis & uene
cia inferendi uim a natura inditam
ſſe, preſertim ſi uerum eſt, quod Aga-
harchides de Pſyllis teſtatur, eorum
orporibus uirus exitiale ſerpentibus
ngenitum eſſe, cuius odore eos ſopi-
ēt. Mulieres cum menſtruis laborant
orum ſuperuentu muſta aceſcunt, ſte-
ileſcũt tactę fruges, moriuntur inſita,
xuruntur hortorum germina, & fru-
tus arborum, quibus inſedere, deci-
dunt, ſpeculorum fulgor aſpectu ipſo

hebetatur, aluei apum emoriuntur, æs, ac ferrum rubigo protinus corripit, canes eo gustato in rabiem aguntur, & insanabili ueneno morsus inficitur, & homines cum ipsis uenerea agentes, sæuissimis morbis corripiuntur. Si igitur per hæc sordida excrementa tot admiranda mulieres faciunt, uerisimilius erit cùm uiros, tùm mulieres natura per occultam ueneficandi uim maiora efficere posse. At hęc quamuis satis uerisimilia uideantur, nihilominus cum homo nec per imaginationem, nec per uisum; nec per tactum, ut iam ostensum est, & nec per uerba, nec rõne atrę bilis, uti inferius probabit̃, ueneficia inferre possit, minus rõni cõsentaneum est, ut uim illam ex natura adipiscatur. Quia si hoĩes naturali aliqua facultate id essent adepti, omnibus hominibus datum esset. Sed quamplurimi hominum hac proprietate carent, ut clarè experimur. Ideo non natura homini eiusmodi potestas uenenandi inest. Vsu enim euenire solet, ut alicuius naturę dispositio efficacior in uno, quàm

-; in alio eiusdē naturæ indiuiduo inue
niatī, ueluti disciplinæ habilitas ad hu-
manam naturam se hēt, cuius naturæ
suppositū nullū extat, in quo eiusmodi
affectionis aliquæ scintillę nō reluceāt.
Quod q.dem de facultate fascinandi as
serere nō possumus, cū maior pars ho-
minū tm̄ abest, ut ꝑ ueneficiū q̄ppiam
efficere possit, ut ne maleficio q̄dē ha-
bēdam esse fidā arbitreī. Nam q̄uis ꝓ
regionis temperie, genere, & educatio
ne hoīes solertiores, agrestiores, & mi-
tiores esse soleant, ꝓprietatem tm̄ natu
ram cōsequentem, omnes eandem ha-
bent, alias alio ex accidente promptio
rem, & uiuaciorem. Quod quidem de
omnibus hominibus ratione maleficii
dicere non possumus. Quod si quis
obiiciat, hanc facultatem nō esse equi-
dem omnibus hominibus datam ratio
ne principiorum essentialium speciei,
sed quibusdam dumtaxat. Ita ut hæc
malefica uis sit indiuidua ex prauo in-
diuidui tēperamento. Et iō ꝑ accidēs
intēta a natura perinde ac mōstrorū, ac
mulæ generatio, nec tributā esse homi-

ni, ut illam in homines alios exerceret, sed in alias res ex aliqua rationabili causa Respondeo primum in quæstione propositum esse; hominem ex proprietate naturę uim hanc maleficam obtinere minime posse, cum proprietates naturales omnibus insint, & naturam ipsam consequuntur; & hinc fit quod si aliqui hac facultate essent insigniti, necessario & omnes alii. Quod verò per accidẽs & ex peculiari temperamento uenefici homines hanc nõ possideãt facultatẽ, hinc patet quod uidemus homines sanos, ac etiam temperatos, & alios cuiuscunque complexionis, ętatis, ac sexus hãc pessimam exercere uim; & eam non a natura; sed ex disciplina, ac industria adipisci, præterea cum quæ fiunt pręter naturæ intentum, ac per accidens de raro eueniant, ac in paucis ut monstra, cum omni ętate, & in nonnullis regionibus ut annis superioribus in Gallia Cisalpina: Et etiam nostris temporibus alibi quamplurimi reperti fuerint; & reperiantur huius maleficæ artis peritis nõ est asse-

rendum

endum hanc uim ex temperamenti
proprietate maleficos possidere, sed
ex propria nequitia a dęmone adiuta.
Preterea illius actionis in nobis natu-
rale principium inest, quę nobis con-
naturalis sit, hoc est naturę conueniés.
Ita enim visionis principium a natura
habemus, quoniam uisio nobis conue
niens, & naturalis est. Sed actio ueneficia
connaturalis nobis non est: quapropter
nullum illius naturale principiũ
in nobis inesse potest, siquidem uene-
ficium destruit naturam, & ideo a natu
ra esse non potest. Quoniam natura in
ea re semper intenta uidetur esse, ut u-
numquodque sibi simile conseruet, ac
procreet, quo saltem in ipsis indiuiduis
ac singularibus specierum proprietas
propagaretur. At si homini uenenan-
di facultas a natura tributa esset, non
eius conseruationi, sed destructioni cõ
suluisset. Quod de homine omnium
animalium præstantissimo credendum l. 1. de le.
non est. Qui etiam authore Cicerone,
hominum causa generatus est, vt ipsi
inter se aliis prodesse possent. Non igi-

tur ex natura ortæ; sed ab homine, authore diabolo, excantationes, ac maleficia fiunt. Quinimo cum homo sit ad ciuilem societatem natus, ut ait idem Cicero, si venenum, uel maleficii uim ei natura tribuisset, quàm consuetudinem, familiaritatem, comitatem, & lenitatem, cum cæteris hominibus habere posset? nullam profectò. Imò similis uiperis procreatus esse uideretur: Quæ quoniam innatum uenenum reliquis animantibus cõtrarium, & lethale habent, cũ illis conuenire, ac uiuere nõ possunt. Adde ex D. Thoma, cũ facultas agẽdi per disciplinam nõ acquiratur, sed cognitio dumtaxat faciendi, at uenefici ut plurimũ per disciplinam adiscunt huiusmodi ueneficia inferre, ideo a natura nullam uim sunt sortiti. Tandem cum uenefici effectus suos nõ solum per seipsos faciant. Sed quasi quędam dictata aliis tradentes, eadem per illos perficiant, & quamplurimi eorũ, horũ uim ignorent, an illa sint a dæmone tradita uel magicis prauitatibus apta, illis tamen utentes, admi-

l. 3. cont. gẽ. c. 105

nda multa faciunt, manifestum fit, anc uim ex natura ipsos non esse adptos. De similitudine uerò quorundam rerum naturalium facultatem oxiam habentium nulla est, cum pecies a specie differat. Et quod ni inditum est, alteri denegatum, nec ab illis recta argumentatio procedat ad hominem, cum earum proprietates manifestæ, ac euidentes sint. n hominibus uerò nequaquam. Cum omnibus uerò creatis rebus dicitur hominem participare, quia ut scribit D. Gregorius, omnis creaturæ aliquid habet homo. Cum lapidibus enim habet esse, cum arboribus, & plantis uiuere, cum animalibus sentire, & cum angelis intelligere, ob hoc tamen non est dicendum proprietatibus, ac facultatibus aliarum rerum hominem esse a natura insignitum, ita ut in ipso cæterarum rerum proprietates omnes reperiantur. Præterea quod uni homini conuenit, quia homo est, cuilibet & semper conuenit. Si igitur ex eo quod homo cum cæteris

rebus

rebus participet, facultate uenefica esset præditus, id & omnibus esset datũ, Quod tamen est a ueritate alienum. Et quamuis alia animalia uisu, uel anhelitu, tactuve necem inferant, ob id non sequitur, & hominem a natura ueneniferum esse genitum. Quod uerò obiicitur de Psyllis, ac de multis aliis, quorũ corporibus uirus serpentibus exitiale ingenitum fuit, & sic de quamplurimis aliis proprietatibus homines quosdã concomitari solitis. Dicendum est huiusmodi affectiones nullo pacto à natura hominibus innasci, sed aut diuina uirtute communicari, aut industria acquiri; uel dæmonum auxilio exerceri. Ad similitudinem mulierum menstruo laborantium, dicendum est, quod natura humanæ speciei propagationi prospiciens, mulieres tanto sanguine abũdare uoluit, quantum alendo fœtui sufficere posset. Qui sanguis cum uterum non gerunt superuacaneus sit, statutis quibusdam temporibus per uterum innoxiè excernitur, & in corporibus sanis, ac temperatis nulla praua quali-

nte est affectus. Nec mala relata ac
portenta facere potest. Imo ex aliquo-
rum medicorum sententia ad quam-
plures morbos utile est remedium.
Quod si in aliquibus mulieribus uitio-
sus, ac exitialis sit, id accidit ex permi-
stione humorum vitiosorum, ac prauo-
rũ, quos ad uterum tanquam ad cloa-
cam & sentinam natura deponit. Cum
igitur ex naturæ instituto sanguis ille
abundet & excernatur, ex accidentiq;
uitiosus, ac exitialis quibusdam fiat,
ex hoc colligere nõ possumus, & ipsas
mulieres uim ueneficam sortitas a na-
tura esse, uel per uim veneficam horũ
maiora facere posse. Illud enim speciei
humanæ propagationem, & singulariũ
conseruationẽ respicit, istud verò abo-
litionem, & interitum. Nec similitudi-
nem negare possum, quod si homines
à natura hanc ueneficam uim haberẽt,
quin, & maiora facere non possent,
quàm quę ex menstruatis mulieribus
dicuntur fieri. Sed primum à ueritate
alienum est, quare & alterum tanquam
falsum reiiciendum erit.

VOCES,

VOCES, AC VERBA SVA NATVRA veneficiorum causam esse non possunt, sed signa, & pacta tantum dæmonum. Cap. V.

VOces, ac verba virtutem insignem obtinere, ac veneficij causam potissimam esse non pauci arbitrantur. Cum enim anima sit vocis primum efficiens siue in capite, siue in thorace primum uigeat, cui propinqua sunt vocalia instrumenta, in cerebro recurrentes nerui, in thorace aspera arteria, quoties per voces suos promere contextus voluerit, prius p̄ musculos semper aerem in thorace contentum sursum per arteriam cum impetu impellere contendit ad laryngis lingulam, vtpote congruum, & appositum vocis instrumentum, vbi sonus passionum animi effingitur, quando ad hunc ipsum effectum ab ipsa premotus fuerit? At aer qui ab anima pellitur, animæ quoque qualitate afficitur. Qui cum vocis naturam ingrediatur, quocunque dirigitur; omnia illa perficiendi virtutem ac potestatem habet, quæ in ani-

nimo concepta erant; Imo voces, & verba inter alios effectus mirabiles, quos producere possunt, animos hominum flectunt, immutant, ac variè afficiunt, præsertim adiuncta decenti, conuenientique actionis, & pronunciationis ratione. Ita vt Plutarchus dixerit, orationis potestate omnia perfici, ac mitigari; Ideo non est mirādum, si Cæsar in defensione Quinti Ligarij, quam Cicero apud ipsum egit, extra se positus fuerit, & ita mente alienatus, vt toto corpore excusso, libellos quos manu tenebat, abiecerit. Imo & bruta animalia etiam vocibus mouentur. Aues namque deceptę capiuntur, cantu oua dum incubantur, aptius fouentur, atque meliores fiunt partus, serpentes à Psyllis, & Marsis mitigantur, mures, & locustæ, & alia nociua animalia à segetibus, iuncis, ac uiridarijs, verbis, ac scriptis arcentur. Tauri ferocissimi quibusdā verbis in aure prolatis ad terram prosternuntur, ac domantur. Verbis ventris tineæ interficiuntur, sanguisque vndecunque manans sistitur,

In uita demost.

Et

Et omnes ferè morbi ab humanis corporibus depelluntur. Quid dicam de musicis, ac citharedis? quãdoquidem cantibus, & instrumentis suis homines modo ad iram, modo ad misericordiã, modo ad arma, modo ad tripudia, & alia similia etiam ipsis inuitis irritantur, & quasi cogantur. Vt de Orphæo, ac Timotheo, ac multis aliis fama est. Animis autem immutatis, & corpora immutari apertum est, cum animi passiones in corpus redundent, ita ut ex ipsis quàm sæpissimè homines ægrotare, & diem suum obire uideamus. Et ex lethiferis etiam morbis bona spe de ualetudine, ac medico cõcepta, priorem recipiant salubritatem. Nonnulli uoces ex uerborum coniunctione, sicut res materiales uires adipisci existimãt. Quam rem ex præsenti siderum positione, aut ex hominis genitura, aut ex singulari animæ potestate prouenire arbitrantur. Nec referre aiunt, quænam uerba a ueneficio proferantur, & an laudibus, uel maledictis rem deprauãdam prosequatur, barbarove, an diserto ser-

ſermone dicatur. Quocunque enim
odo ueneficus obmurmuret, ac uo-
m emittat, dummodo ad rem quam-
um ueneno afficiendam uehemens
ſiderium habeat, rem illam nulla in-
rpoſita mora, infici iuxta ueneficí uo
ntatem: Hinc fieri poteſt, ut uerbis
uibuſdam ab aniculis, peſſimiſque
aleficis prolatis pueri aliqui ęgrotẽt,
ii intereant, uterum gerentes abor-
um faciant, & nonnulli homines ma-
e conficiantur, uel ſęuis quibuſdam
oloribus crucientur, aliiſque ægritu-
inibus corripiantur. Plinius uerborũ
ia genera facit, alia enim ſunt impe- *l.28.c.2.*
antis, alia depellentis, & alia cõmen-
antis. Imperantis uerba ſunt illa, qui-
us a ſuprema natura aliquid orando
btinemus quo quidem modo Tuciæ
eſtalis precatio extitit, quæ aquam
ribro eiuſmodi precatione tulit. Aliæ
tiam ueſtales mancipia fugitiua nõ-
lum egreſſa urbe, in loco precatione
etinuerunt. Depulſoris uerò uerba
unt, quibus in depellendis, & auerrun-
andis nociuis, & moleſtis utimur, quo

modo

modo luxatis membris carmen auxiliari Cato prodidit. Et Marcus Varro podagris; olim primum anni diem lætis precationibus inuicem faustũ ominabantur, veneficijs etiam adoramento peculiari occurrebant. Quibusdam etiam carminibus contra grandines, morborumque genera, contraq; combustiones vtebantur. Commentationis verbis aliquid futurum interpretabantur. Et ideo impares numeros ad omnia vehementiores credebant. Sternutantes faustis verbis salutabant. Absentes aurium tinnitu de se sermones præsentiebant; Tantam uim verbis olim adscribebant. Quamuis verum sit, per maleficos quibusdam verbis prolatis multa admiranda fieri, Morbos immitti, ac eosdem depelli. Est tamen falsum huiusmodi effectus à vi, & potentia verborum, & carminũ prouenire. Cum enim voces & verba ab arte formentur, & sint signa tantum passionum, & conceptuum animæ, ipsa nihil amplius efficere possunt, quàm ea quæ mente concepta sunt palam facere,

e. Contingit autem animorum pertur-
atio, & corporum immutatio in audi-
oribus, uel ex ipsa notionum, & rerum
quę significantur, intellectione, aut ex
uaui modo, & pronunciatione uerbo-
um, & uocum moderatione. At uene-
ici sine arte loquuntur, & qualiacun-
que uerba proferunt. Ideo per huius-
nodi uoces, ac uerba tanquam per
causas naturales ueneficia minime ef-
icere possunt. Accedit, quo actio quæ
ı natura est, neque inchoatur, neque
bsoluitur, nisi agens corpore uel uir-
ute, & qualitate aliqua subiectum pas-
ionis tangat. At uerba, res, & prę̨ser-
im absentes nullo pacto tangere pos-
sunt; cum ad res non deferantur, er-
go. Præterea si qua uis uerbis in-
esset, aut ex forma, aut ex mate-
ria illam haberent. Sed neque ex
forma, hæc enim significatio, & ra-
tio signi est, Venefici autem quasdam
barbaras uoces, ut plurimum assu-
munt, quas non illi tantum, sed nec
ulli hominum intelligere possunt.
Virtute ergo formæ non possunt,

per uerba maleficia inferre. Adde, illos tantum saltem posse affici qui uerba audirent, & intelligerẽt. Quomodo igitur absentes, bruta animalia, & inanimata maleficium ex uerbis experiũtur. Vnde sequitur, ut dæmonum deceptiones sint eiusmodi uerba: nec ex materia, quia cum spiritus sit, & extho race per asperam arteriam in larynge effingatur, uim aliam habere non potest, quam reliqui nostri corporis halitus. Qui simul atq; extra corpus emissi sunt, disperguntur. Quod si expirationis materia peculiarem uim haberet, eandem sub quacunque artificiali forma possideret. Ideo quibus uerbis uterentur, non referret, imo ne uerbis quidem opus foret. Sola enim efflatio satis esset, quæ tanto maiores uires haberet, quanto uberius effunderetur. Cum igitur uerba causæ esse non possint maleficorum effectuum, quis non uidet, ea esse demonum pacta, signa, & conuenta, & ex hominum credulitate dæmonibus prædocentibus, & suggerentibus inuẽta esse. Et si aliqua uideamus

mus

nus uerbis intermediis fieri, ſerpentes
onſopiri, animalia nocua ab agris pel
, tauros furibundos miteſcere, uarios
norbos ſanari. Hæc & alia ſimilia per
æmones fiunt. Ij ſiquidem conantur
uam maximè, ut nobis imposturam
aciant. Et ideo uerba effingũt, quibus
uaſi pactionis ſigno quædam homini
us euenire ſtudeant. Qui autem hu-
uſmodi uerbis ad ea conſequenda u-
untur, tacitum uel expreſſum cum dæ
nonibus pactum habent. Et aliqui li-
èt tale pactum ignorent, & uerbis il-
is utantur, tamen nihil refert. Quo-
niam is, cui primo dæmon ea uerba di-
ſtauit, ea lege habuiſſe exiſtimatur, ut
quicunque illis uteretur tacitè dęmo-
nem inuocare intelligeretur. Ideo qui
hęc faciunt, ueluti ſacramentis quibuſ
dam dæmonibus ſe obſtringũt, quam-
uis imprudenter illud agant, nec ea in-
tentione exequantur. Et ideo ab illis
uerbis præcipuè cauendum eſt, quæ a
Mauris, Turcis, & a quibuslibet infi-
delibus traduntur. Quibus ſi utamur,
dæmonibus aſſentire cogimur. Et quo

niam nulla est corporis infirmitas, quæ a demonibus Deo permittente inferri non possit: Hinc est, quod tunc dæmones sanare dicuntur, cum a malo inferendo desistunt. Vel cum naturalium rerum qualitates, quæ nos latent, adhibent, uel in pristinum, ac naturalem statum siue situm, corporis membra locali motu restituunt.

COELI, SIDERVMQVE OBSERVATIONE, ac eorum fauore uenefìcia uim suam non sortiuntur. *Cap. VI.*



QVi dæmones ueneficiorum authores de medio tollere, uel eorum operationes omnes ad causas naturales referre conantur, uaria sunt commenti. Ita ut non solum imaginatione, uisu, tactu, uoce, uel naturæ proprietate, uerũ etiam cœli, ac siderum obseruatione maleficia perfici uelint, Et quamplurimis rationibus id probare nituntur. Et primo, cum uenefici in aliqua corporis parte, uel circa aliquam affectionem

nem ueneficio lædere ſatagunt, illud in hora ſigni & planetę rei efficiendæ conuenienti efficere conantur. Ex quo apparet ueneficia penes ſignorum, & planetarum diſpoſitionem regulari. Accedit quod ſicut omnis multitudo reducitur ad unum, ita omne multiforme refertur in aliquod uniforme principium. Actiones uerò humanę uarię ſunt, ac multiformes tam ad uitia, quā ad uirtutes. Ergo uidetur quod reduci debeant ad aliqua principia uniformiter mota, & mouentia. Sed talia non poſſunt aſſignari, niſi ex motibus cœleſtium corporum, qui ſunt uniformes. Ergo illa corpora ſunt earum actionum cauſę. Inſuper ſi cœlum, ac ſidera non eſſent omnium humanarū actionum cauſę. Aſtrologi nō adeo frequenter bellorum exitus, ac alios hominum euentus prędicerent. Hominum uerò actiones futuras pręſagiunt, cum id ex motibus aſtrorum, ex quibus hujuſmodi effectus habent oriri, addiſcant, & ſciant, cognita enim cauſa, facillimum eſt, & effectus

ipsius cognoscere. Præterea cum globi cælestes in dæmones agere possint ad quædam facienda. Ergo multo magis in homines. Videmus enim quosdam dæmoniacos magis in q̃busdam lunæ reuolutionibus contorqueri, ac miserrimè afligi, quàm in aliis temporibus. Quod argumentum certissimum est, tũc dæmones magis ex huiusmodi motibus cogi ad molestiam inferendam, quàm aliis temporibus. Nam si dæmones ex quibusdam herbis, lapidibus, sonisque, ac vocibus, ut scribit D. August. exercentur: multo magis ex actionibus cælestium corporum agitari, ac exerceri poterunt. Aiunt insuper quædam esse fortunata, quędam infortunata sidera, & pro ueneficii inferẽdi qualitate, sidera se eligere posse asseuerant. Et quoniam homo ex duplici natura est compositus, ex anima scilicet, & corpore, in utramque sidera, & cœlorum uires fato quodam agere posse non dubitant. Quo fit ut si uenefici lædere homines, aut in anima, aut in corpore cupiunt, nullo modo ab huiusmo

lib. 10. de Ciui. Dei.

di ue-

dii ueneficio ſeſe defendere ualeant.
Nec defuere, qui ſe iactent iuxta plane
tarum obſeruationem quoslibet ſe ue-
neficio afficere poſſe, eo quod hominũ
ætates ſint ſeptem, a ſeptem etiam pla-
netis iuxta Chaldęorũ doctrinam mo-
derentur. Et quæcunque in uita agun-
tur, ea ſtatis, certiſque temporibus pla-
netę ipſi efficiant. Quando igitur infice
re uolunt, eius ætatem animaduertunt,
& illi ætati aptum, & idoneũ planetam
eligunt, in cuius hora maleficium mo-
liuntur, quo ipſum faciliorem effectũ
ſortiatur. Hæc tamen omnia, & multa
alia ſimilia, quæ pro hac firmanda ſen-
tentia adducuntur, cũ uana ſint, ac futi
lia, nec modo a Chriſtiana pietate, ſed
etiam a philoſophorum ratione, ac di-
ſciplina longe remota: nullo pacto cre
di, aut concedi debent. Etenim cum cę
lum ſit diuinę uirtutis uniuerſale iſtru-
mentum, quo inferiora hæc gubernat,
ac diſponit, a ueritate alienum eſt, ab
ipſo ueneficia emanare poſſe. Et licet
cœleſtium corporum motus, & confi-
gurationes hominem ad aliqua pro-

pensiorem, & inclinatiorem reddere possint;& non tantum ad uitia, prauasque actiones, sed multo magis ad uirtutes, & sanctissimos mores nos propensos uirtutes cœlestes, & cęlestium corporum in nos descendentes influxus faciant. Ab eisdem tamen ad malum,& ad uitium aliquod homines adigi, ac cogi nõ possunt, nec per eosdem ueneficia procurari. Si enim cęlestia corpora, authore Aristotele, hęc inferiora gubernant,& gubernare sit idem ac dirigere, statuere, ac ordinare, qui fieri potest, ut inficere, lędere, ac fascinare possint? firmamentum, dicebat Aristoteles esse cor uniuersi, locum, & habitationem Deorum, & omnium quę cernuntur maximè diuinum. Si igitur firmamentum est orbis uniuersi pręstantissima pars, si cor est, si quid diuinum, si Deorũ habitatio. Nõne quẽadmodũ cor in animali fons illius uirtutis est, qua animalis integritas, ordo, & mixturę nexus seruatur, morborũq. inuadentium iniuria propulsatur, ita existimandum erit, hoc firmamentum,

æ cęlestia corpora, & stellas integritatem conseruare. Propulsare uerò ea, qu totius orbis integritati, & eius partium, hoc est rerum in ipso contentarū ncolumitati aduersant. Quod si secus fieret, nec quid diuinum, nec Deorum habitationem, nec cor cœlestium corporum philosophi nominassent. Origenes eos acriter damnat, qui stellas maleficas affirmant. Eo quod nulla stella a Deo malefica sit facta. Eapropter doctè, & admodū luculenter a Ioanne Pico probatū est, a cęlestibus luminibus nihil noxii & mali emanare posse. Sanctus Bonauētura obseruationes astrorum, illusiones, ac deceptiones dęmonū esse, a Deoq; maledictas, & ab eius sacrosancta Ecclesia īterdictas, scriptū reliquit. Obseruant uero isti malefici quorundam siderum exortum, plenilunia, ac nouilunia, nō tanquam causas, sed tanquam signa temporis, in quo aduocari dęmon ad agendum cupit, & affectat? Addamus his, quod quæque ex corporum cœlestium influxu, ac uirtute eueniunt, ea naturaliter

con-

cõtingunt, ſi igitur hominum actiones ex cœlo emanarent, propoſitum, quod eſt immediata cauſa humanarum actionum auferretur, omniaque a natura fierent. Quæ tamen ſententia Chriſtianę ueritati, ne dum Peripateticę doctrinę aduerſatur. Inſu p ſi ueneficia ex obſeruatione conſtellationum, ac planetarum, & eorũ applicatione ad uarias partes, & ętates in quibuſdam temporibus perficiuntur, neceſſe eſſet ueneficos planetarum, influxuum, corporis humani particularum, ætatem, temporum ad amuſſim habere ſcientiam. Sed ut plurimum malefici ſunt mulierculæ rudes, ac homines plebei, omnium rerum ignari. Qui igitur fieri poteſt, ut ex obſeruatione cęli, ac ſiderum, ueneficia ſciant inferre. Imo ſceleſti iſti homines, ut experientia quotidiana docet, nullo habito diſcrimine, obſeruatione dierum, horarum, ætatumque, quandocunque datur occaſio, & ipſorum prauus appetitus irritat, & impellit, incantationes ſuas, & maleficia exercent, & effectum ſortiuntur. Ex quo

ma-

nifestum est cœlum; uel sidera nul-
n auxilium illis prçstare. Prçterea cũ
rpora cœlestia, ac influxus ab eis
scendentes eorum effectuum, qui in
c inferiora fiunt communes causç
istant, non possunt particularium ef-
tuum esse in causa, vt sparsim hçc al
rent. Illa uerò nequaquam, quod in
orbis manifestum est. Qui enim ob
eli statum fiũt populos, & prouincias
uadunt, qui autem sparsim, & uariè
festant, non ob eam causam, sed ob
auam uictus rationem singulorum
opriam contingunt. Vt optimè Hip-
ocrates, & Galenus animaduertunt.
leo planetas huic parti influere pos-
, à veritate alienum est. Imo çqua ra-
one singulis corporis membris, &
mnibus denique rebus suam commu
icant uirtutem. Postremo omnia, quç
nfluxu, & operatione superiorum cor
orum fiunt, ac generantur, non con-
nuo, sed paulatim, & cõuenienti tem-
oris interstitio. At maleficorum ope-
ationes statim ad eorum nutum, & pla
itum effectum suum sortiuntur. Ita
ut

cõtingunt, ſi igitur hominum actiones ex cœlo emanarent, propoſitum, quod eſt immediata cauſa humanarum actionum auferretur, omniaque a natura fierent. Quæ tamen ſententia Chriſtianę ueritati, ne dum Peripateticę doctrinę aduerſatur. Inſup ſi ueneficia ex obſeruatione conſtellationum, ac planetarum, & eorũ applicatione ad uarias partes, & ętates in quibuſdam temporibus perficiuntur, neceſſe eſſet ueneficos planetarum, influxuum, corporis humani particularum, ætatem, temporum ad amuſſim habere ſcientiam. Sed ut plurimum malefici ſunt mulierculæ rudes, ac homines plebei, omnium rerum ignari. Qui igitur fieri poteſt, ut ex obſeruatione cęli, ac ſiderum, ueneficia ſciant inferre. Imo ſceleſti iſti homines, ut experientia quotidiana docet, nullo habito diſcrimine, obſeruatione dierum, horarum, ætatumque, quandocunque datur occaſio, & ipſorum prauus appetitus irritat, & impellit, incantationes ſuas, & maleficia exercent, & effectum ſortiuntur. Ex quo

ma-

manifeſtum eſt cœlum; uel ſidera nullum auxilium illis prȩſtare. Prȩterea cũ corpora cœleſtia, ac influxus ab eis deſcendentes eorum effectuum, qui in hęc inferiora fiunt communes cauſę exiſtant, non poſſunt particularium effectuum eſſe in cauſa, vt ſparſim hęc afferent. Illa uerò nequaquam, quod in morbis manifeſtum eſt. Qui enim ob cœli ſtatum fiũt populos, & prouincias inuadunt, qui autem ſparſim, & uariè infeſtant, non ob eam cauſam, ſed ob prauam uictus rationem ſingulorum propriam contingunt. Vt optimè Hippocrates, & Galenus animaduertunt. Ideo planetas huic parti influere poſſe, a veritate alienum eſt. Imo ȩqua ratione ſingulis corporis membris, & omnibus denique rebus ſuam communicant uirtutem. Poſtremo omnia, quę influxu, & operatione ſuperiorum corporum fiunt, ac generantur, non continuo, ſed paulatim, & cõuenienti temporis interſtitio. At maleficorum operationes ſtatim ad eorum nutum, & placitum effectum ſuum ſortiuntur. Ita

ut

ut quam primum intuitu malefico aliquem inſpexerint, uel tactu tetigerint, & quacunque alia ratione Sathanica, ſæuiſſimis doloribus cruciari, & aliis morbis grauibus implicari. Quare ex influxibus cęleſtibus, nec ui ſiderum nequaquam fieri poſſunt. Sed neceſſe eſt auxilio alicuius ſpiritualis ſubſtantiæ mala ſuum ſortiri effectum; Et quamuis D. Baſilius magnus ridiculum eſſe exiſtimet aſtrologis his contradicere, cum omnia eorum dicta ſint ignorantiæ, & impietatis plena. Vt tamen omnis ſcrupulus ex animis leuiter credentium eximatur, potioribus eorum rationibus erit ſatiſfaciendum. Et ad illud primo, quod in maleficiis ſceleſti homines obſeruent ſigna, & planetas, quoniam planetæ affectibus quibuſcunque humanis, & particularibus humanorum corporum membris dominentur, & ob hoc per ipſos ueneficia inferi, falſum eſt. Cum cæleſtia corpora, eorumque influxus, ut iam eſt animaduerſum, effectuum, qui hic fiũt uniuer-

ſales

sales,& nõ particulares causę sint, nec ad hunc,uel illum specialem effectum determinari possint. Cum particulares effectus, causarum particularium ui,ac uirtute egeant. Ad secuudũ dico, quod cum actus humani sint liberi, ita ut nec substantiis spiritualibus, nedum corporeis subdantur, quod nullo pacto ad motus cœlorum reduci, aut referri possunt. Et si reduci ad aliquod principium, ad uoluntatem hominum debent referri? Ad illud de astronomorum prędictionibus, dicimus esse falsum. Quòd actiones humanæ, quæ a libera hominis uoluntate proueniunt,& omnia quę cõtingenter fiunt, & esse,& non esse possunt, ab astronomis possint pręsagiri. Quòd si prædicũtur, id non acquirunt a signis cœlestibus, sed a dæmonibus. Qui consueuerunt prænunciare futura, q̃ ipsimet sunt facturi, uel actiones humanas, & alia cõtingẽtia signis & infinitis eorũ experimentis nõnunq̃ pro sua sagacitate præcognoscentes, uel reuelatione Dei ꝑ bonos angelos eis facta

astro-

astrologiam iudiciariam profitētibus, vel aliis patefaciunt; vel suggerendo quę ab eis diuinentur, uel formatis in aere uocibus, uel in corpore assumpto, vel per insomnia, uel per īmissa phātasmata. Ideo Theologi sacri cōueniūt, triplex esse genus effectuum, qui ex cęlestium corporum obseruatione & cōstellationum præcognosci possunt, primo sunt naturales effectus, qui subiiciūtur siderum motibus, & ab eis fiūt. Sicut sunt defectus solis, siccitates, imbres, & similia. Et hos effectus astronomi præcognoscere ex astrorum consideratione possunt. Alii sunt effectus fortuiti, qui nequaquam eadem uia præsciri possunt. Quia cum uirtus corporum cœlestium sit naturalis terminata ad unum effectum producendum, cum natura unum intēdat, illi uerò effectus possunt euenire, & non euenire, ut in paucioribus, & raro eueniūt. Tertio loco sunt illi effectus siue actus ex libera hominis uoluntate prouenientes, quos uelle præcognoscere ex constellationibus est uanū, & falsum plerum-

rum-

rumque. Liberum enim arbitrium, & uoluntas non ſunt corporis, nec actus, ſeu potentiæ corporeis organis affixæ. Cum autem corporeum non poſſit in incorporeum agere, impoſſibile eſt, quod actiones humanæ ſubiiciantur diſpoſitioni cęleſtium corporum de neceſſitate: ita ut ſint ipſorum cauſæ (ut aiunt) per ſe. Quamuis influentiæ horum poſſint aliqua ratione inclinare, ac diſponere ad huiuſmodi actiones, mediante tamen corporis diſpoſitione, ac potentiis ſenſitiuis, qua ad actus inclinant rationem, ſed non cogunt. Quod uero corpora cęleſtia agere poſſint in dęmones, eſt falſiſſimum. Cum corporeum in ſpirituale, & inferior in ſuperiorem naturam nequaquã agere poſſit, ut pluries eſt probatum. Nec quia in pleniluniis, & nouiluniis, & quibuſdam aliis conſtellationibus arreptitii maiorem moleſtiam, ac uexationem tunc percipiant, poſſumus arguere ullam cœleſtium corporum actionem in ipſos dęmones. Cum id ex induſtria fiat ab ipſis dęmonibus,

ut cor-

vt corpora cœleſtia Deo ad conſeruationem uniuerſi creata infamiæ notam quandam inurant. Vel ut tanquam numina quędam ab hominibus colant, venerenturque ob maiorem Dei contumeliam. Aut in huiuſmodi aſtrorum motibus, lunæ potiſſimum, magis infeſtant dæmoniacos, cum tunc temporis inueniant maiorem humorum, ac corporum diſpoſitionem ad effectus ſuſcipiendos, pro quibus aduocantur, & dęmones pro inferendis morbis inſtrumentis naturalibus utantur. Conſueuere etiam dæmones in lunæ reuolutionibus huiuſmodi magis affligere, ut cauſam medici, & alii in lunam refundentes, ipſi a calumnia uindicentur, & ne de corporibus exire cogantur, & maiora mala per maleficos patrare poſſint. Qua autem ratione ab aliquibus externis dęmones exerceantur, inferius ſuo loco erit declarandum. Nec uerum eſt, quod dęmones cogantur a maleficis in quibuſdam conſtellationibus: ſed ſimulant ſe cogi tunc, ut hominem inducant ad credendum

aliquod

aliquod numen se in stellis, falsum pręterea est corporum cęlestiū aliqua esse infortunata, & malum ab ipsis promanare. Ex sententia enim omnium philosophorum cœlum diuinum est, & ueluti cor, uirtutes in animalis partes diffundit, salutaresque influxus, ac uires in hac inferiora immittit. Multis aliis istorum nugis ac mendaciis satisfacere possum, eisdem argumentis, quæ ne idem sæpius repetatur, consulto omitto.

INTELLIGENTIAS COELESTES *maleficiorum non esse authores. Cap. VII.*

CVm ex corporibus ueneficia minimè uim suam adipiscantur, multominus ab ipsis cęlestibus substantiis corpora cœlestia mouentibus maleficia effectum suum sortiri poterunt. Cum natura, ac dignitate ipsis præstantiores, ac digniores sint. Qua enim ratione ad patranda mala ipsæ cōspirare possunt, cū & ex natura, & ex

proposito sint excellenti bonitate prædite, & præstare auxilium in his, quæ bonitati, ac uirtuti cõtradicunt, alicui intellectui ad bonum disposito nõ cõueniat, si ab intelligentiis illis cęlestibus ueneficia, & alii nephandi maleficorum effectus prodirent, sequeretur ipsas scelestis hominibus fauere, ac patrocinari, qui pessimis his artibus operam nauant, & ueneficia procurant. Insuper cum uenefici in suis fascinationibus utantur quibusdam supplicationibus, inuocationibus, adorationibus, & aliis similibus. Quæ nisi ad spiritualem substantiam diriguntur, & ipsorũ fauore, & auxilio, uoti compotes fiant, nequaquam dicendum est, ad beatissimos illos spiritus dirigi. Quia improborum hominum in prauis operibus supplicationes, & uota exaudirent: cũ autem ipsi diuino amore exardescant, neque patiantur honores soli Deo debitos sibi ipsis deferri, imò sint ipsius fidissimi ministri, cuncta ad diuinum cultũ referre procurantes: necessario fateri debemus, has supplicationes di-

rigi

gi ad ſubſtantiam ſpiritualẽ prauam, dæmonem uidelicet, qui quamuis natura ſit bonus, ex prauo tamen eius propoſito malus euaſit, & ad malum ſemper paratus.

OCCVLTA INDICARE, AC FVTVRA prædicare, ad nocturnos conuentus deferri, alieno ſermone loqui, non ratione melancholiæ, uaporum terræ, uel in ſomnis fieri, ſed arte dęmonum. Cap. VIII.

NOn defuere philoſophi, ac medici, qui maleficorum, ac dęmonum effectus, aliquos potiſſimum, ut per aera homines uehi ad ludos nocturnos, aliena lingua loqui, occulta indicare, præterita enũciare, ac futura prędicere, in uapores noxios, ac humorẽ melancholicum reiiciant. Transferri enim ad cõuentum maleficarum, aiũt eſſe mera referentium quorundam melancholicorum ſomnia. Eo quod melancholici aliqui, ea q̃ uehemẽtiſſimo affectu per diem cupiunt, ſpernunt, uel

abhorrent, uel timent, a Deo fixè per noctem ſomniant, ut eadem ſtatim per diem uigilantes uerissimè uidere ſibi uideantur. Et quo ad occultorum, & futurorum præſcientiam, Ariſtoteles in lib. de Inſomniis, & de Diuinatione per ſomnium, corporis naturam ad futurorum præcognitionem conducere exiſtimauit, & primo loco melancholicis diuinandi uirtutem aſcribit. Ideo in 1. Probl. ait, multi incaleſcente humore melancholico, quia calor ille ſedi mentis eſt propinquus, morbo ueſaniæ implicantur, aut inſtinctu lymphatico efferueſcunt. Ex quo Sybillæ efficiuntur, & Bacchæ, & omnes qui diuino ſpiraculo inſtigari creduntur. Cum uidelicet id non ex morbo, ſed naturali intemperie accidat. In Ethicis etiam melancholicorum recta, ac ſubita eſſe inſomnia, & ſapientibus, ac prudentibus diuinandi uim ineſſe a philoſopho oſtenditur. Et quoniam diuinandi uires ſecum imaginatio affert, & ideo aliqua re excitante indigeat anima, tot terra-

rum halitus, & euaporationes, locaque diuersa, tamq; inter se situ suo, ac cęli positura distantia, ad id conducere arbitrantur. Quibus hominum animi ad futurorum præsagia suapte ui proni, & diuinum furorem procliues concitentur, & ueluti diuinitus inflamentur. Nec solum terrę halitus ad hoc iuuare credunt, sed & herbas, & lapillos, ut de Chelidonia Plinius narrat; & de theangelica, qua pota, magos diuinare ait. Quibus, aliis quamplurimis eorum inuentis cum dęmones, tum artes magicas de mundo deturbare, ac tollere conantur. Quod autem hęc medici sentiant, minimè mirum uideri debet, ut qui Authore Psello, nihil nouerint præter sensum, & corporibus dumtaxat incubuerint cognoscendis. Et Aristoteles ea tantum scriptis tradiderit, quæ principiis rerum naturalium conueniunt. Quantum autem a ueritate medici, & philosophi aberrauerint, quam plurimis experimentis, & exemplis patefacere possem.

lib. 2. de abd. mor. cau. c. 16.

Quibus tamen omnibus omissis, sat erit in medium afferre historiam a Ioãne Fernelio medico, ac philosopho prę stantissimo traditam. Quidam nobilissimus iuuenis trium mensium spatio a dęmone uexatus, a medicis, inter quos Fernelius ipse operam dabat assiduè, propter frequentes motus conuulsiuos, quibus corripiebatur, curatus est, vt epilepticus. Et omnibus in uanum adhibitis, tandem dæmon quidam mẽse tertio, totius mali Author, uoce, insuetisque uerbis, ac sententiis cum Latinis, tum Græcis, quamque ignarus lingu ę Grecę laborãs esset, se prodidit, qui multa assidentium, ac maximè medicorũ secreta detegebat, ridẽs quod eos magno periculo circumuenisset, quodque irritis pharmacis corpus hoc penè iugulassent. Quoties pater laborantem inuisebat, is procul a conspectu inclamabat, appellentem hunc arieto, & ab ingressione propulsate, aut torquem è ceruice detrahite. Ex hoc enim, ut Gallorũ torquatis equitibus est in more, Diui Michaelis imago pro

pende-

pendebat. Si sacra, diuinaque uerba coram legebantur, ferocius subsultabat, & inhorrescebat. Cum intermissio erat ferocię, laborans in quiete omniũ meminerat, quæ inuitum se protulisse, fatebatur, & dolebat. Ceremoniis, & execrationibus compulsus dæmõ negabat se crimine damnatum, & spiritũ se nũcupabat. Interrogatus quis esset, aut quo modo, aut qua hęc potestate moliretur, dixit, multa esse intus domicilia, in quibus se recondat, & in quiete ad alios commigrare, se in hoc corpus iniectum a quodam, cuius nomen non efferret, a pedibus ingressum in regia, & a pedibus egressurum, cum pręstitus dies aduẽtarit. De aliis non paucis disserebat, quę etiam ex aliis dæmoniacis audiri solent. Ex qua quidem narrata historia tria apertè deprehenduntur, morbos a dęmonibus immitti instantibus maleficis. Et non solum morbos, uerumetiam dæmones ipsos corpora ingredi perditis hominibus ex pacto a dęmone poscentibus. Et quod aliena lingua loqui, uel ea quæ

ignorantur patefacere; esse opus dæmonis, ut etiam D. Hieronymus testatur de quodam dæmoniaco, qui loquebatur admodũ elegãter lingua Græca, Arabica, Hebræa, & Chaldæa, omnibus ijs à sua vernacula diuersissimis, & Psellus quampiam Græcam mulierẽ Armeniace respondisse scribit. Petrus tamen de Ebano Conciliator nuncupatus aduersus Christianã veritatem testatur multos se uidisse, qui quanquam pro dæmoniacis haberentur, & pleraque facerent uires humanas superantia, atra tamen bile purgata, omnino curatos esse, sanæq. menti restitutos. Præsertimque se audiuisse à quodam fideli medico, mulierem quandã ignaram, ac rudem melancolico morbo deprehẽsam Latine congruè fuisse loquutam. Et quæ postquam sanata fuit, euaniunt. Petrus etiam Pomponatius, qui nedum demonum, maleficiarumque operationes uerumetiam Prophetarum, & ipsius Christi Saluatoris nostri ad causas naturales reducere impiè, & uanè est nixus, testatur,

& ipse, se cognouisse mulierem, quæ cum eodem morbo correpta, secundum diuersa idiomata loqueretur, à medico tamen perfectæ sanitati fuisse restitutam. Erasmus Roterodanus refert, Panaceum medicum, quendam nomine Phlyarium, patria Spoletanum, facili paratoque remedio menti reddidisse, qui ex uermibus in nouum maniæ genus inciderat, ita ut in morbo probè Teutonicè loqueretur, quod sanus nunquam potuerat. Hieronymus etiam Cardanus qui Pomponatii, & Erasmi hac in re uestigia est sequutus, ad euertendam hanc ueritatem, affert idem Erasmi exemplum, medici nomine mutato; cuiusdam lingua Germanica ei penitus ignota loquētis. Cui cum medicus Calceranus quandam potionem dedisset, eius ui magnam lumbricorũ copiam eum deiecisse, & morbo liberatum, integroque mentis habitui restitutũ fuisse. Ex quo Cardanus statuit, morbos esse sed occultioris cuiusdam naturæ. Quæ omnia ut his concedam,

quorum testimonia in quæstione proposita multis de causis ualde suspecta esse debent, minimè tamen consequũtur quod uolũt, neque euertitur quod pro ueritate tueri debeo. Non enim ostendunt qua ratione humor melancholicus sermonem antea homini incognitum, possit in his sine disciplina excitare. Superioribus verò exemplis, si modo uera sint responderi potest. Cum dæmones huiusmodi humore libenter commisceantur, qui cum amarus, tristis, ac turbulentus sit, locus dęmonum naturæ congruus iudicatur, cũ eodem etiam humore medicamenti vi deiecto sua sponte cessisse, uel etiam simulasse se cogi ad cedendum medicamento, ut hominibus & præsertim his philosophis imponat, suamque naturam, aut modum secundum quem in nonnullorum animis dominatur, magis occultet. Itaque cedit aliquando medicamentis, nonnunquam uerò ac sæpius reluctatur, & in his proponẽdis medicorum laborem irridet. Quemadmodum aliquando leuioribus execrationi-

tionibus deiicitur: aliàs uerò uel omnium efficacissimis resistit. Quis uerò Christiana ueritate tributus hanc dęmonis incōstantiam mirabitur, quem omnes sciunt omnis mutabilitatis, atq; mendacii esse authorem. Ideo asserere ea quę recensuimus uel per uim imaginandi, vel per uaria halituum genera fieri, absurdum est. Qua enim ratione per humores in imaginatione effingi possunt rerum imagines, & idiomatum uerba, & nomina ex hominum institutione prodeuntia, quę nunquam ad sensum illius hominis delata sunt. Non enim ea in anima præexistunt, cum ex Aristotelis sententia, omnibus formis sit denudata. Nec per halitus, seu humores manifestantur, cum in eis non sint huiusmodi imagines, & præsertim rerū futurarum & uocum ex hominum institutione pendentium. Adde quod si succus melancholicus sermonem antea omnino incognitum excitaret in iis, quod a dęmone obsideri existimamus, excitaret necessario interueniente naturali motu instrumentorum uoci fa-

mulantium. At huiusmodi homines plerumque non modo lingua immota, uel in mentum prominente, sed & ore omnino clauso loquuntur. Quare falsũ est quod de hoc humore isti asserũt. Insup si opera maleficarũ, ac dęmoniacorũ a succo melancholico ortũ ducerét, sequeret̃ frequẽtius uiros, rarò verò mulieres his morbis uexari. Cũ tñ oppositũ quotidiana experiẽtia ostendat, cũ sexcẽtis.n. fœminis laborantibus hoc morbo, uix vnus reperiatur hõ & qui eadẽ affectione implicetur. Cũ tñ authore Cornelio Celso, uiri sint magis parati quam mulieres ad melancholiam. Nam cũ mulieres ex natura sint temperamento frigido, & humido constitutæ, difficilius hisce morbis corripi possunt, cum qualitates primæ in eis prędominantes humori melancholico, & præsertim atrębili sint opposite, & repugnent ad ipsius generationem. Et econuerso cum homines calidam, ac siccam naturam sint sortiti, maiorem habent ad huiusmodi humorem dispositionem. Et ideo facilius a

morbis

morbis uesaniæ possũt corripi. Quod etiam Galenus affirmat, homines calidi, & sicci temperamenti, in regione calida & sicca, ac in æstate facillimè a melancholia morbo detineri. Cum tamẽ non ignoremus in nonnullis regionibus frigidis, humidisq;, ut in Germania & in Sabaudia, aliàs harũ ueneficarum ingẽtẽ fuisse copiã, ut Prierius ac Sprẽger testantur. Quibus tñ in locis hoĩes, & præsertim mulieres pituitoso humore magis, minus aũt melancholico abũdant. Præterea si malefici homines humore melancholico delirio laborarent, cum gaudio & ostentatione, ut facere cõsueuerunt melancholia correpti, suas artes, & mirabilium faciendi scientiam omnibus prędicarent. At nihil palam proferunt, & dumtaxat apud illos secreto suam peritiam patefaciunt, quos sperant in societatem protrahi posse. Quod uerò corruptam imaginationem non habeant, nec delirent, patet, quoniam sciunt referre quid egerint, cum quo egerint, quomodo præsentia,

prẹteri-

preterita, & futura, in oĩbus aliis mẽte cõstant, aptè respõdent, & nullũ signũ talis affectus, ut plurimum, in eis deprehenditur. Ita ut melancholię morbo detineri nullo pacto asserere possimus. Tandem quod respondebunt ad authoritates sacrorum Euangelistarum, qui apertè asserunt multos dęmoniacos, & lunaticos a Domino nostro, eiectis spiritibus malis, sanatos esse; Fortasse audebunt respondere, hos summa quadam melancholia abundantes homines fuisse; cum id ueritati repugnet, fidei Christianæ certitudinem, diuinamque Iesu Christi Saluatoris nostri naturam auferant, negentque. Quo enim pacto dęmones in eorum corporibus loquuti essent, ut sacrę testantur literæ; magno cum impetu è corporibus obsessis exiuissent clamantes, membraque eorum lacerantes, si ista mera animi ægroti somnia, & imaginationes, & morbi tantum melancholici accessiones fuerunt? Quod uerò ad conuentus illos Sathanicos reuera ue-

nefici

tefici deferantur à dæmone, nec ſint dormientium ſomnia, hinc patet. Quoniam eſt ferè impoſſibile, ut multi homines eadem nocte eiſdem penitus inſomniis inuoluantur, & ea peruigiles referre ſciant, Cum enim uaria ſint hominum temperamenta, ætates, mores, animi paſſiones, & ſtudia, quorum ratione uarii progignantur ſucci, & in corporibus prædominẽtur, hinc fit ut tam multiplex, & inaudita uiſorum copia obuerſetur, & inſomniorum uarietas ortum habeat. Ea propter Hippocrates, & Galenus perceperunt in ſomno inſomnia eſſe animaduertenda, cum ſæpiſſimè ex inſomniis corporũ affectus, & quales intus lateant ſucci noxam illaturi, præcognoſcamus. Cũ autem malefici ſexu, ætate, temperamẽto, animi affectibus, ac ſtudiis inter ſe diuerſi ſint, fieri non poteſt, ut eadẽ penitus ſomnia habeant. Cum diuerſa phantaſmata, ac ſpectra ex illorum diuerſitate eliciantur. Nihilominus conſtat ex teſtimoniis peritiſſimorum uirorum, plures maleficas in diuerſis re-

gionibus, ac locis in carcerem coniectas in ſuis narrationibus circà diem, locum, horam, numerum, delationem, reditum, occurſum hominum in itinere, & alia ſimilia eadem penitus retuliſſe, & illos etiam quos obuiam habuerunt, interrogatos rem eſſe, ut ipſi narrarunt, teſtatos fuiſſe. Quare non eſt aſſerendum huiuſmodi delationes eſſe in ſomnia, ſed reuera fieri. Quod uerò non ſint uigilantiū deliria, quæ maleficæ narrant de huiuſmodi conuentu, ut aſſerunt, eadem ratione comprobari poteſt. Quoniam ſi ueſania morbo laborarent hę, fieri non poſſet, ut tot maleficæ omnibus ſeculis, ac in diuerſis, remotiſque locis captiuatæ perpetuo conſentirent, uti manifeſtum eſt. Et quamuis melancholici incredibilia nonnunquam ſibi perſuadere conſueuerint, eorum tamen deliramenta ſunt adeo multiformia, ut ſcribit Aetius Amidæus, ut uix in multis ſęculis duo reperti fuerint, qui eadem ratione, & eiſdem deliriis laborauerint. Quare falſiſſimum eſt, maleficas melancholi-

co succo uti musto obrutas, imaginationes tantum, & fabulas narrare. Insuper melancholia morbo obnoxii ex Galeno sunt homines macri, graciles habitus nigri, hirsuti, qui sicciores carnes habent, & calidi, ac sicci sunt temperamenti. At qui ad has artes alliciũtur sunt uarii admodum inter se temperamento, ætate, habitu, & cęteris relatis. Ita ut multi etiam calidum, & humidum temperamentum ad hũc morbum minus cæteris aptum seducantur. Quo pacto fieri potest, ut ipsis assentientibus quamprimum immutentur eorum temperamenta, & apti fiant ad melancholiam, cum opus sit, ut causæ facientes hunc affectum per multum temporis spatium agant, nec statim ex pręsentia causarum malum fieri possit. Et ideo Hippocrates dixit, si metus, & mœstitia diu perseuerauerint, esse indicium melancholiæ. Pręterea cum ut plurimum qui ad huiusmodi conuentus accidunt sint ab aliis in arte hac Sathanica professis edocti, quid

l.3.de lo. aff.ca.7.

ſint facturi, & omiſſuri, quid ſtatutis locis agere debeant, ut munire ſe crucis ſigno abſtineant, Deum, illius genitricem, alioſue ſanctos non inuocent, & multis uoluptatibus uenereis, ac bachanalibus, aliiſque ab ipſis maximoperè optatis rebus potituris alliciantur. Et poſtea aſſentientes monitis, & peruerſis ſuaſionibus obtemperantes, eadē prout fuerunt promiſſa experiantur, ac fruantur. Quo pacto aſſerendum eſt, iſthæc eſſe ſomnia, & deliria. Quæ homini ſunt magis poſſibilia, & factu facilia, ea minus a cauſis ſupernaturalibus oriri. Quæ uerò ſunt ipſi impoſſibilia, illorum cauſam in perditis ſpiritibus ſitam eſſe, eſt credendum. Sed comedere, bibere, ſcortari, aliquid in breui temporis interſtitio proiicere, ut per inſtrumentum bellicum homo facere poteſt, formare uerò ſibi ſomnia, & efficere ut per imaginationem ea percipiat, quæ ipſe optat habere, eſt homini impoſſibile. Ergo facilius etiam erit dæmoni maleficos corporaliter

liter deferre ad conuentus illos, & cibaria, aliaque ipſis parare, quam in eorum phantaſiis horum imaginationes, & ſpectra generare, ut uideantur talia peragere, & reuera non peragant. Tandem cum melancholici omnes ſemper timeant, ac triſtentur ex Hippocrate, & Galeno, odio habeant homines, frequenter cogantur in lachrymas, deſerta, & ſolitaria loca appetant inſomniis turbulentis, & triſtibus afficiantur, Venefici uerò iſti ſint hilares, lætentur, de rebus iocũdis uerba faciant, ament ualdè huiuſmodi conuentus, & ſemper alios allicere tentent. Non eſt dicendum, ſomnia, & melancholica deliria eſſe horũ narrationes. Non eo tamen inficias, poſſe etiam in ſomnis uel per ecſtaſim tantummodo talia ſic apparere, ut dũ ità ſomniant vel potius a ſenſibus abſtrahuntur uerè illa contingere, ut & aliis ſomniantibus, & in ecſtaſim poſitis accidit, exiſtiment. Vnguentorum enim ui, quæ arte dæmonum parantur, malefici obliniti, aut per alia ſigna, &

uerba ludificati vehementi ſomno cõſopiuntur, uel à corpore auocantur in quo per dæmones ſimulachris, imaginibus, ac phantaſmatibus ſubminiſtratis, & accomodatis ea re ipſa agere putant, quæ uigilantibus in animo erant. Sed a ſomno poſtea excitati, uel ſenſibus reſtituti cognoſcunt uerè talia fuiſſe inſomnia, & phantaſmata arte dæmonis ipſis immiſſa. Ideo ſi contingat eas de peccatis pęnitere, & ad Deum conuerti, ſe in ſomniis, uel ecſtaſi talia percepiſſe, liberè fatentur. Quemadmodum, & phrenetici ſanitati reſtituti, cognoſcunt illuſiones, & deceptiones ea eſſe, quę uera ęgrotantes credebant. Cum igitur & talia per ſomnium uel per mentis exceſſum malefici experiri poſſint arte dæmonum, non eſt tamen negandum, multo magis reipſa, & coporaliter iſta fieri. Cum facilius ſit dæmoni, corpora de loco ad locum deferre, cibaria, potus, & alia adminiſtrare, quàm imaginationes, ſimulachra,

&

& phantaſmata ipſarum rerum in animas dormientium ſeu a ſenſibus remotorum immittere, ac commouere.



DE
MORBIS VENEFICIS AC VENEFICIIS.

BAPTISTAE CODRONCHIJ Medici;

LIBER TERTIVS.

VENEFICII RECTA DEFINITIO traditur. Cap. I.



VANTVM à ueritate aberrauerint Philoſophi & nonnulli alii in tradenda Veneficii definitione, ex diſcuſſione ſuarum partium in ſuperiori libro innotuiſſe mihi uidetur. Quare reliquum eſt, ut quæ germana, & apta ſit ipſius definitio, explicare modo aggrediar. Veneficium ergo eſt praua quædam commutatio

tatio corporis uirtute dæmonis ex pacto cum homine inito, eiusdemque hominis ministerio ad improbam aliquã cupiditatem explendam, iusto semper quamuis occulto permittente diuino iudicio, facta. In qua definitione praua commutatio locum generis habet, reliqua uerò differentiæ locum tenent. Et si ueneficii uocem consideremus, nihil aliud quam uenefica actio est; ut actio quidem sit, quatenus ab agente est, passio autem, quatenus recipitur in subiecto & patiente. Quomodo illud hoc in loco considero. Videlicet, ut passio quædam est corporum naturali constitutioni minimè congruens. Praua uerò commutatio locum generis habet, cum per eam quamlibet mutationem aut peruersam ac uitiosam bonum naturæ peruertentem, & rectum ipsius ordinem impedientem, aut constitutioni naturali aduersantem, intelligam. Secundo dicitur corporis, ut eius primum subiectum explicem. Corporis autem nomine compositum naturale intelligo. Animus enim ipse

afficitur consequenter: quatenus mala corporis animum attingere solent. Ponitur dęmonum uirtute: quoniam ualde differunt affectiones ac commutationes, quę a dęmone sunt ab iis, quę sponte & hominum iniuria fiunt. Illæ enim cum ex occultis qualitatibus causisque latentibus dicuntur esse, difficilimè cognoscuntur, ac difficilius sanantur. Istæ uerò magna ex parte peritioribus medicis cum suis caussis innotescunt, & curantur. Quarto dicitur ex pacto scilicet, aut expresso, aut tacito, ex quo præstigia, & illusiones salutatorum hominum ualde discrepant a præstigiis ac illusionibus ueneficorum, Pactum autem est, quo dæmon pollicetur se maleficio præsto futurum tacitè seu expresè a venefico vocatus, & maleficus tacitè uel expresè cultum & honorem dæmoni exhibere, uel contrà legem Dei facere, se obstringit. Et quoniam ex fœdere inito inter dęmonem, ac ueneficum, ueneficus ad sua flagitia patranda, utitur quibusdam

uer-

uerbis, ſeu rebus, aut ſignis uel ſuperſtitioſis quibuſdam operationibus. Propterea additur in definitione pars illa, eiuſdem hominis miniſterio.. Cum autem omne agens propter finem agat, ueneficus etiam opus ſuum inchoat alicuius intentionis gratia malum, hoc eſt ad praua deſideria ſaturanda. Ideo additum eſt, ad aliquam improbam cupiditatem explendam. Quia uerò in huiuſmodi facinoribus diuina uirtus nullam partem habere uidetur, quoniam malum operari non poteſt, & maleficorum nequitię ſuffragari, ponitur illa particula iuſto ſemper, &cęt. Cuius, & aliarum partium ex ſequentibus perfectior cognitio habebitur. Et quamuis multi ac uarii ſint maleficorum effectus, (de quibus ſingillatim inferius ſum uerba facturus,) ut uno genere comprehendi haud poſſint, uarias etiam ac quãplures definitiones, ſeu deſcriptiones ſcriptis mãdare opere pretiũ eſſet. Eas tñ omittere uolui, ut quę fortaſſe ab aliis haberi poſſint;

& mea intentio ſit, de præcipua mala ueneficorum operatione: de ueneficio nempe ipſo, quo homines, uel bruta afficiunt, potiſſimum ſcribere.

VENEFICORVM MORBORVM CAVSAE indagantur: inſtrumenta maleficorum nihil agere in ægrotantes, characteresque at imagines nullam uim à cœlo ſortiri probatur, & ea, quæ ab ægrotantibus euomuntur, uel deijciuntur, ut claui, naturalia eſſe, & non fictitia, patefit. Cap. II.



VM rerum ſcientia ex cauſarum cognitione, ac principiorum comparetur, ſcire enim, ut dixit philoſophus, eſt rem per cauſſam cognoſcere, & morbi curari non poſſint, niſi eorum cauſſæ amoueantur. Hinc fit, ut ſi ueneficorum effectuum cognitionem conſequi, malaque ab eis illata, profligare optamus; opus ſit, ut à quibus cauſſis morbi illati ortum habeant, in hoc capite dumtaxat diſtinctè perquiramus. Quamuis id præſtare ſit difficillimum, cum multiplices fuerint de hac re ſcriben-

li. 1. poſt. t. 1.

pentium sentẽtię. Dimissa itaque caus- *li.2.phy.*
sarum consideratione, prout distin- *text.* 28.
guuntur, ab Aristotele & Platone, in *&* 29.
materialem, formalem, finalem, & *in thimęo*
efficientem. eum satis superque ex tradita ueneficii diffinitione sint apertę: medicorum uestigia sequutus eas ad duo capita colligam, ad externas uidelicet, & internas caussas; Caussę igitur externę ueneficorum morborum sunt maleficus dęmon, mala medicamenta, quibus accedit quoque Deus ipse, diuersa tamen ratione. Veneficus est caussa externa, ac dęmon etiam. Verum ille remota, iste uerò propinqua. Cum enim dęmonum conatus ad hoc tẽdant, ut homines à Deo auocent, atque à uirtutis, pietatis, & caritatis studio auertant, in primis homines infensos, & inimicos reddere student. Quò fit, ut nunc ob odium & maleuolentiam sæpe ob inuidiam & superbiã, aliquando ob auaritiam, interdum ob luxuriam, ad ueneficia querenda ac procuranda homines impellant. Quibus uel mortem, uel diuersa morborũ

genera,

genera, uel alias calamitates, & graues iacturas afferant. Porrò hęc mali ita moliuntur, ut cum illorum authores, & causſę ſint, hominibus tamen quos maleficos deinde dicimus, omnia aſcribant. Vt cum ad inſtitutum aliquod facinus exierint ipſi malefici quaſi per ſe ad illud abſoluendum ſint potentes. Verè tamen dęmon ille eſt, qui ſua uirtute ueneficia infert. Veneficus uerò, qui inſipienter putat ſe inferre, cum tamen potius efficiat, ut a dæmone inferatur. Cum enim Veneficus utitur inſtrumentis, uel inſtitutis ex pacto tacito, caracteribus pro infligendis maleficiis; ut plurimum ab ipſis ſignis ac inſtrumentis uim illam prodire exiſtimat. Quare & a dæmone ipſo circumuentus ac deceptus irridetur; cum maleficium a dæmone immediatè ſit, non ab inſtrumento, & ſuperſtitioſo illo caractere. Cæterum ambo ad ueneficia, dęmon, & maleficus neceſſario conueniunt. Ita ut ſi unius horum opera deſit, ueneficium non ſit uere appellandum; Vbi enim dæmon ſine pre-

cibus

cibus malefici aliquod malũ. Dei permissu hominibus infligit, illud non dicitur ueneficiũ: sed peculiari nomine noxa illa explicatur, ideo in antiquioribus sacris literis ꝓditũ est, Iob patiẽtię exẽplar insigne, pessima plaga, seu pessimis ulceribus fuisse a dęmone affectũ, nõ autem ueneficio. Cũ solo Dei iussu absq; uenefici alicuius cõsensu ac uoluntate, id malum Iob fuerit inflictũ. Quemadmodũ etiam mala, quæ iniustè ac impiè a solo homine sine dęmonũ auxilio inferuntur, nõ ueneficia appellantur, sed talia, qualia in specie suæ particulariter fuerunt perpetrata; Vt si ferro uel instrumento bellico aliquem perimat, dicitur homicidium, & non ueneficium. Maleficus ergo nõ ex propria, ac naturali facultate, sed dęmonum auxilio mediantibus signis, & pactis; sed ipsi dæmones ui peculiari, uel rerum naturalium adminiculo ueneficiorum sunt caussæ. Deus autem dicitur caussa ueneficiorum permissiua; Neque enim quæcunque dæmones facere possunt, exequuntur. Sed quantũ

eis per diuinam prouidentiam permissum est. Habent enim potentiam a Deo restrictam & quasi ligatam, quam eis interdum laxare cōsueuerit Deus, uel ad exercendos bonos, uel ad puniendos malos. Ita & homines multa mala patrarent, quæ tamē summa Dei pietate frequenter prohibentur. Tam etsi sinat eos, ut lubet, delinquere; ne arbitrii libertate priuentur. Cum enim non solum homo, sed & dæmon sint agentia uoluntaria, permittit Deus sicut & alia agentia ex præscripto naturæ operari. Ad diuinam etenim prouidētiam spectat, ut unumquodque in sua natura relinquatur, & in suis naturalibus operibus non impediatur. Quoniā ut asserit D. Dionysius, prouidentia nō destruit naturam, sed conseruat. Et sicut bonum ciuitatis acquirere & conseruare, quam bonum unius quid maius, ac diuinius est, ut asserit Aristoteles, ita & bonum uniuersæ speciei prçstat bono singularium præferre. Bonū autem naturę intellectualis, & rationalis libertas arbitrii, & electionis est.

de Diuin. nom. c. 4.

Prçstat

præstat ergo, ut diuina prouidentia maleficia huiusmodi ad interitum indiuiduorum quorundam permittat, quam penitus prohibeat, totius speciei libertaté uel impediat, uel euertat. Adde quod non debet penitus impediri illud, ex quo apparet Deus laudabilis, ut scribit D. Thomas in malefactis etiam Deus laudabilis apparet, cùm per misericordiam parcit, & per iustitiam pœna afficit. Ideo peccatum, & per consequens ueneficium non impedit, & merito Deum caussam ueneficii permissiuam diximus. Inter externas caussas etiam mala medicamenta recensui. Quoniam dæmon ad infligenda mala consueuit uti quibusdam linimẽtis uel per se, uel per maleficos, qui noctu ianuis, ac fenestris clausis absque ullo strepitu a dæmone reseratis, & ad lectulos eorum, quos ueneficio afficere uolunt, clam & nemine uidente traducti, linimentis illis prauis a dæmone exhibitis, uel edoctis illinunt partem aliquam, ex quo breuiori uel longiori tempore, grauior uel leuior

2. dis. 23. art. 2.

noxa

noxa infertur prout magis uel minus insignis est ius medicamenti. Nec est dęmoni difficile in determinata aliqua parte morbum ac dolorem excitare. Nam cum multa sint uenena, quæ a tota substantia habent facultatem lædendi aliquam partem, ut cantarides uesicam, lepus marinus pulmones, hyosciamum cerebrum, & inter stirpes, metala, animalia, innumera alia, quæ uarios affectus & in diuersis partibus excitare possunt. Quorum sicut & aliarum rerum naturalium proprietates cum perbelle dæmon sciat: & ubique locorũ lateãt, quibus componi, misceri, ac temperari debeãt; nouerint quo tempore tempestiuè & opportunè ad operandum adhiberi oporteat; paruo negotio illi est uaria conficere medicamenta, quæ & diuersos morbos & cruciatus, & in diuersis partibus progignere possint. Scit enim dæmon materiam seligere diuersam, cui naturalis insit facultas, alterandi, frigefaciendi, calefaciendi, nec non aperiendi, obstruendi, diuidendi, trahendi, euacuandi, uren-

di urēdi. Ex quibus uarii effectus emanant. Et cum corpora in sua craſſitie inepta ſint ad penetrationem in quamlibet partem, rationi cōſentaneum eſt, vt ex rebus ipſis tenuiorē ſubſtantiam eliciat effectui accomodam. Et quemadmodum Medici ſuccos eliciunt; ita dæmones ſpirituoſam ſubſtantiam ſeparent ueluti formam a materiæ craſſitie purgatam, & ea halituoſa parte utantur proximo animæ inſtrumento, quo affectiones quaſcunque ferè momento tēporis inducant. Spiritus enim undequaque penetrat, & breuiſſimo tempore agit, ut patet in peſtilentis aeris ſtatu, ſerpentū uenenis, & omnibus contagioſis morbis; Specificam uerò, ac particularem rerum harum proprietatem cognoſcere cum hominibus ſit admodum difficile, nec dæmon aperire alicui conſueuerit, quibus rebus ueneficiorum gratia, mala inferat. Hinc fit, ut ne medici quidem ſpecificam ueneficii affectionē unquàm potuerint certa coniectura conſequi. Nam ſi particularem ueneficii qualitatem medici

ſcire poſſent, remedia quoque eiuſmodi ueneficam uim deſtruentia nō ignorarent. Cum nullum uel rarum admodum auxilium, niſi diuinum, uel ſathanicum eiuſmodi morbo laborantibus prodeſſe quotidie experiamur. Et quamuis uarię ægritudines ac cruciatus linimentis dæmonis induſtria paratis excitari non dubitem; fieri etiam poſſe arbitror, ut maleficus ceratis illis uti ſignis, ac maleficii inſtrumentis nihil agentibus utatur, & dęmon ipſe uel ſua ui, uel medicamentis prauis ac deleteriis intromiſſis, morbos, ac necem ægrotantibus inferre. In hoc medicamentorum externorum genus non poſſunt referri res illæ, ſeu ut appellāt exorciſtę, inſtrumenta, quibus frequētiſſimè ac paſſim ad ueneficia iaculanda uenefici utuntur; ut ſunt cortices iuglandum, fruſta, uel ſtipites ipſarum, leguminum ac uariarum plantarum ſemina, plumæ artificio quodam inſertę, acus, claui, uitra oſſa, capilli, ungues, fila quædam, ueſtium uel caligarum particulæ ab ægrotantibus deſumptæ, par

ticulę mortuorum iam ſepultorum, & eorum præcipuè, qui laqueis ſuſpenſi ſunt, fruſta funium, auium uel ferarum inteſtina, uel aliæ particulę, ferę ipſæ, & prętertim ſerpẽtes, characteres quidam, imagines certæ, uel plumbeæ, uel alterius rei, modo ſimplices, nonnunquam accubus uel clauis transfixæ, & nonnulla alia incognita, quę dæmon ob fœdus cum maleficis initum, abſcõdere conſueuit in lecti puluinaribus, culcitris, ac ceruicalibus, uel in liminari oſtiorum, ac in multis aliis locis, aut etiam in chlamide, aliisue veſtimentis ęgrotantis conſuere abſque ulla manifeſta chlamidis, veſtimentorum, puluinarium, aliorumve locorum apertione, ac iactura, imagines uerò accubus vel clauis tranſfigunt in illis partibus, in quibus decernunt homini læſionem aliquam, & pręcipuè inſignem facere, Experientia enim compertum eſt, ſimiles læſiones eos perpeti, quales in imaginibus fuerunt deſignatæ. Et quibus puſtulæ in toto corpore obortæ fuerunt, reperta ſunt ſemina diuerſa milij,

aut cerealium pustulis quibus scatebant similia, & linteis recondita, quę omnia nihil agere in homines, uel animalia bruta possunt; cum naturali uirtute careant, qua etiam si pollerent, agere non possent, cum ab ęgrotante sint remota. Actio enim, quę fit a natura effici non potest[a], nisi agens corpore uel uirtute, & qualitate aliqua rem, quam uult afficere tangat, ut sępius dictum est. Nec sicut magnes trahit ferum, & torpedo infert stuporem; ita res illę ac instrumẽta morbos progignere, necemque inferre possũt, Cum ex occulta eorum natura ac proprietate illos effectus producere possint ista uerò nequaquam. Adhibita enim cum quibusdam cęremoniis, & obseruationibus mirandos effectus edunt. Nulla uerò adhibita superstitione nullius sunt efficacię. Et quamuis instrumenta hęc nihil agere possint, uult tamen dæmon apponi, ut hac ratione malefici seruitutem ac obsequium illi præstẽt, & ut iis ueluti signis qbusdam allici, uel cogi dęmon uideatur ad agẽ-

dum ob pactum cum maleficis cõtra-
ctum. Nam apud illos, qui huiusmodi
fœdus explicitum non inierũt, aut qui-
bus dissolutum illud deinde fuerit, ca-
dem uerba, & reliquæ superstitiosæ ob
seruationes irritæ redduntur. Et quo-
niam venefici quidam Astronomiam
profitentes vnicuique metalli speciei
Planetam præsidem, ac dominum prę-
ficiunt; cum aliquid perficiendi deside
rio tenentur, metallum Planetæ conue
niens sub eiusdem planetæ dominio
summunt, & quosdam characteres &
imagines in metalli lamina insculpũt,
in qua corporis cœlestis uirtutẽ & in-
fluxũ recipi, receptũq; miros effectus
præstare affirmant: q̃dam uerò alii, ima
gines alias effingunt, sine syderum ali-
qua obseruationę, quæ necromanticæ
appellant. Omnes tamen dæmonum
fraude cõficiuntur, diuerso tamen pa-
cto, Astrologicę cũ tacito, necromanti
cæ uerò cũ aperto. Et cũ Necromãticæ
ĕt ipso noĩe sint exosæ, & apertũ ex ma
lorũ spũum technis, ac fraudibus esse
repertas, non est, ut q̃d amplius dicam

ad eorum confutandam opinionem. Astralogicę uerò cũ aliquam habeant difficultatem, an a corporibus cælestibus aliquam uim sortiantur, & nihilominus id a ueritate sit alienum confutari. Et ut res impia ad credendum, ab animis hominum, eximenda est huiusmodi opinio. Qui enim fieri potest, ut cum cælum sit uniuersalis caussa, & indeterminata, uniuersalemque uim omnibus largiatur, ab eo imagines illę particularem uirtutem adipiscantur. Particulares enim uires, quibus res inter se differunt, non a cœlo rebus inseruntur, sed omnibus pro sua cuiusque natura insunt. Cum enim unam, & eandẽ omnibus qualitatem cœlũ imprimat, & hac res singulas confirmet, & tanquam ex somno excitet, ut pro naturę suæ quęque uiribus actiones exerceat, ideo cœlum nihil proprium imaginibus dare potest. Rursus cum actio, & passio in illis dumtaxat reperiatur, quę ad idem genus pertinent, at naturalia, & artificialia genere omnino diuersa sunt; ea propter naturalia corpora in

 arti-

artificialia, quatenus artificialia sunt, agere nõ possunt. Nulla enim est astronomicarum imaginum conuenientia cum cœlo, neque secundum naturam, uel motum, uel qualitates. Et quemadmodum res naturales sine figuris non sunt idoneæ ad celestes illos influxus accipiendos, insignitæ ac insculptæ hisce imaginibus, neque etiam apte erũt. Adde quòd ab arte imaginibus nihil aliud tribui potest quam ordo, compositio ac figura. Quæ agendi principia esse nõ possunt. Preterea cum insignia uisu effectuque sidera ampliora sint, quam uniuersa terra, (ut est a mathematicis demonstratum) quomodo eorum influxus ad paruam, & singularẽ figuram coarctatur, ac restringitur, ut non etiam per alias res quamplurimas tali figura carentes diffundatur. Quando uerò per eiusmodi imagines & characteres astronomicos tot scelera cõmitti, & tot mira effici contingit? Non imaginibus, sed dæmonibus, qui talia perpetrarunt, adscribenda sunt. Imagines enim nil aliud efficere possunt, quã

ſigna maleficorũ, ac dæmonũ pacta oſtendentia præſtare. Et hęc de cauſſis externis ueneficorum dixiſſe ſufficiat. Quo uerò ad cauſſas internas, erũt pariter dęmõ & mala medicamenta, uel res alię, ut acus, capilli, claui, & alia ſimilia; Dęmõ cũ per notiones ſibi inditas maximam rerũ oĩum ſcientiam habeat, quam ꝓpter peccatũ nõ amiſit. Virtutes.n. cœlorũ, ſtellarũ, uolucrum, piſciũ, arborũ, herbarũ, metallorũ, lapidum, elementorum, optimè calleat, occultaſq; & admirandas rerũ facultates hominibus ignotas, ipſarumq; rerum inter ſe ſympathiã, uel anthypathyã & quemadmodũ inuicem applicari, & tẽperari dẽant, quo tpe tẽpeſtiuè ad operandũ adhiberi ſit opus, & quid hoĩ ꝓdeſſe, aut obeſſe, nõ ignoret, qd morbos, cruciatus, mortem, aut alia quęuis nocumẽta afferre queat, optimè ſciat, & qbuſcunq; rebus opus habeat, eas undecũq;, & quocunq; uult maxima facilitate, ac celeritate clam hoĩbus trãsferrè poſſit. Omnia.n. corpora ei, quoad motũ localem obediunt, ideo quarun-

undam rerũ uel totã ſubſtantiam, uel potius ſpũoſam elicitam partẽ in corpora, id maleficis poſcentibus immittit, vt eorũ deleteria, ac praua facultate uarii affectus, ac dolores ad libitum ueneficorũ excitent, vel iteritus ſequatur. Prętcrea cũ dęmõ ſit ſubſtantia ſpiritualis, q̃ inſtrumentis corporeis non impeditur ex ſua inſita ui in quodlibet etiam inuiſibiliter inſinuare ſe põt, utiles humores exagitare, noxios in principes partes potiſſimũ, nec non alias ignobiliores partes traducere, aut hiſce uenas, alioſve ductus obſtruere, uel inſtrorũ ſtructurã ꝑmutare, aliarũq; partiũ unitatẽ ſoluere, ac ſeparare. Quorũ rõne inumerabiles morbi hiq. grauiſſimi, cruciatuſq. acerbiſſimi excitanẽ, ſicut in his, q̃ ab ipſo dæmone torquenẽ cernere licet, ita ut & ꝓpria ui & auxilio, uſuq; rerũ naturaliũ effectus uenefici a dęmone exerceantur. Quod aũt dęmon clauos, acus, carbones, ſulfur, & alia ſimilia in corꝑa ęgrotãtiũ ĩmittere poſſit, quibus diuerſimodè lędãtur, cũ fieri nõ poſſe nõnulli credant, ut danẽ,

ista

iſta uel per œſophagum, uel per anum, aliamve partem abſque uulneratione, uel ſenſibili ſaltem læſione illarum partium tranſeant, id negant. At cum experientia compertum ſit, & omnibus ferè notum, quamplures ueneficio affectos uel dæmone obſeſſos in adiurationibus, & ex aliis remediis diuinis, talia uel per uomitum, uel per ſeceſſum reiicere, ſanitatique protinus reſtitui; aliqui arbitrati ſunt, ea quæ ab hiſce dęmoniacis euomuntur, uel deiiciuntur non eſſe ſpecies uerę naturales, ſed apparentes, eo quod breui temporis ſpatio, ut puta duorum, uel trium dierum, uel paulo plus reſoluantur ac pereant, quamuis a principio ueræ ac naturales appareant, & hæc fieri a dæmone, ut magis homines decipiat, ac illudat. Quidam alii dixerunt, quod illæ res ſunt ueræ ſpecies ac naturales, ſed non reiici ex corporibus, ſed dæmonem in ipſo uomitu, uel deiectione citiſſimè, ac inuiſibili modo res aliundè delatas ita immiſcere, & abſcondere, ut cum uomitione, & aliis excrementis

eductæ

ductæ esse uideantur. Nonnulli uerò
lii rem hanc diligẽter perscrutantes,
atione, & experimentis innixi, affir-
narunt, instrumenta illa reuera a dæ-
none in corpora immitti & extrahi, &
sse species ueras ac naturales, nec
liundè in actu reiectionis delatas. Cũ
dæmon nullo negocio res illas in mi-
nutissimas partes, & puluerem etiam
frangere ac cõterere possit, & ingestas
rursus compingere, & cum e corpori-
bus eximere eas cogitur, idem efficere
ob imperium, quod in naturam, natu-
ralesque res habet, ut superius dictum
est; Cum tamen permittit Deus, quod
& experimentis etiam quamplurimis,
& propriis, & ab aliis relatis magis cer
tum, ac uerum faciunt, res nempe ipsas
è corporibus ueneficio affectis, uel a
dæmone obsessis, pluribus diebus, mẽ-
sibus, & annis seruatas fuisse. Vt cerne
re est in monte Brandone apud Pice-
nos, quo in loco ad honorem sanctissi
mæ Dei Genetricis extructum est de-
lubrũ, in quo hæc & maiora è laquea-
ribus pendentia, omnium conspectui
sunt

ſunt expoſita. Quæ ex uariis ægrotantibus ob merita ſacratiſſimæ Virginis, necnon beati Iacobi Franciſcanę Familiæ in eorum curatione eiecta ſunt. Quę opinio cum ſit quorundam doctiſſimorum Theologorum ratione ac experimentis firmata, mihi probatur, ut merito inter cauſas internas res illę aſcribi poſſint.

PLVRES FOEMINAS quàm Maſculos ueneficis artibus eße imbutas: & quibus nominibus inſignitę fuerint, de eorumque ratione, ſit manifeſtum. Cap. III.



Eneficiis magis mulieres, quam uiros incũbere, maioremq; numerum ueneficarum mulierum, quam uirorum ſemper fuiſſe, omnes fatentur, experientiaq; rerum magiſtra docet. Ita ut ex quinquaginta ueneficam artẽ exercentibus uix unum maſculum reperire

[p]erire liceat. Hoc atteſtantur etiam Hi[ſ]torici, Poetę aliique quamplures de [h]ac re agẽtes. Qui de quamplurimis ac [i]nnumerabilibus penè ueneficis mulie[r]ibus: de pauciſſimis uerò hominibus [u]erba faciunt. Et ideo Plinius memorię [p]rodidit, fœminarum ſcientiam in ue[n]eficio præualere. Et Quintilianus la[t]rocinium in uiro facilius, veneficium [u]erò in fęmina reperiri. Cuius quidem [r]ei nõnullę rationes afferri poſſunt. Nã cum mulieres ſint fragiliores, imbecilioreſque, facilius illecebris flectuntur, minuſque ratiocinio ualent, minori etiam negotio a dæmone decipiuntur, alliciũturque. Prętereà cum mulieres ſint magis uanę, curioſæ, credulæ, ad malumq; proniores, & ad quędam aptiores: ut ad ea quæ obſtetricum miniſterio patrantur. Ideo dæmõ facilius eas ad has artes trahit. Adde quod cũ fęminæ ꝑ lubricitatem ſuæ linguæ neſciant tacere, quod norũt ac ſciũt, multas alias inſtruũt, malarumq; artiũ magiſtrę fieri geſtiunt. Inſuper cum fœminas magis laſciuire, & uenereis

ſtimu-

ſtimulis laceſciri dæmon ſciat, & tamē præ uerecundia, neve infamiæ nota inurantur, ſua explere deſideria non audeant, ſuis fraudibus, ac lenociniis, facilimè ad uota ſua trahit. Quaſdam enim uetulas maleficas inſtruit, ac impellit, ut has uiſitandi gratia, aliiſve honeſtiſſimis titulis adeant, & paulatim modos proponant, quibus abſque ſuæ famæ iactura, uenereis cõgreſſibus vacare poterunt, & ità ad commertia dæmonum formas uenuſtorum iuuenum, eorumque præcipuè, quos amare ſciũt aſſumentes, trahunt, ac ad alia facinora cogunt. Ad hæc, cum mulieres aliqua iniuria ſunt affectæ, & præſertim quædam iuuenculæ, quæ cum ſui corporis amatoribus copiam fecerint, ſpe ac pollicitationibus futuri coniugii, ab amaſiis derelinquuntur, conceptaque ſpe fruſtrãtur, iniurias ulciſcendi anhelantes, ſummopereque exoptãtes, nec ob animi, ac uirium exiguitatem ulciſci poſſint, ad ueneficia, ſathanicaque auxilia ſtatim cõfugiunt, & inimicum, irriſoremque amatorem, uel illius ſpõ-

ſam,

um, uel aliã quam amare, & qua potiri
iãt, maleficiis grauibus ac lethalibus
fficiunt. Ideo cum plures fœminę, quã
iri ueneficii peste correptę inueniantur:
ex consequenti uenefici morbi,
liique effectus ueneficarum, & non ve
eficorum nuncupantur; cum denomiatio
a potiori fieri debeat. Et cum
nulta uariaque sint scelera, ac opera,
quæ ab hisce malis fęminis fiunt, proterea
uariis etiam nominibus ipsę
unt a scriptoribus nuncupatæ, quorũ
ominum rationes afferre non ab re
rit. Cum hac uia eorum scelera magis
aperiantur. Primo loco communiori
nomine Magę appellantur, quia
uxilio dęmonum apertè, uel occultè
cire, aut facere se posse profitentur,
quę uiribus humanis perfici non possunt.
Sagę etiam dicuntur non ob id so
um, quod satis agant, & in officio suo
pessimo diligentes nimis sint, ut Acron
udicauit, sed multo magis à sagiendo
denominatę uidentur; sicut Ciceroni
uisum est. Quia uidelicet multa scire
uolunt. Etenim sibi persuaserunt se, &
scire,

ſcire,& facere poſſe,quę ſecundum naturam ſcire aut facere nullus poſſit, & ſic a magis differre non uidentur. Attamen ſagæ, uel magę debent dici illę, quę abiurato prius Deo, & religione uera dęmoni manifeſta ſeſe ſtipulatione manciparunt;ut ab eo doceantur,& adiuuẽtur carminibus herbis rebuſq; aliis per ſe innoxiis, elementa turbare,tempeſtates ciere,hominibus,iumẽtis,agnis,frugibus,nocere, aliaque mirabilia, & uires ſuperantia naturalium corporum facere. Et ſi putantur ſola certarum rerum uſurpatione, abſque ulla uerborum admurmuratione res ſuas agere,nõ faciunt tamẽ quicquam talium abſque dira imprecatione, ac diaboli inuocatione. Lamię uerò uocantur propter ſimilitudinem aliquam, quę ipſis eſt cum lamiis antiquorum. Quorum lamię,ſpectra,ac phantaſmata erant, in formoſarum mulierum ſpecie cum inſigni ſplendore apparentes. Quę ſeſe amore iuuenum captas mentiebantur, & cum ipſis conuerſabantur, dum eos perderent atque deuo-

rarent.

erent. Empusas, ac marmolicias a qui busdam, ab aliis uerò laruas & lemures nuncupatas scribit una cum Philostrato Cœlius Rhodiginus. Quoniam uerò sagę nostrę non quidem spectra sunt, sed cùm spectris conuiuantur, colludunt, negociantur, libidinem exercent, ac infantum nõnunquam succos, carnesque expetunt, lamiæ sunt uocatæ, ideò Horatius de eis scripsit. l.29.c.5.

Heu pransæ lamiæ puerum uiuum extrahat aluo:

Striges etiam metaphoricè uocantur ab aue huius nominis, quæ ueteribus credita fuit noctu infantium ubera labris imulgere. Et quia sagę aliquę infantum sanguinẽ, carnes, ac pinguedinem appetunt, ut eis ad res pessimas peragendas utantur, striges sunt uocatæ, De striga aue, Q. Serenus.

Præterea si fortè pręmit strix atra puellos
Virosa immulgens exertis ubera labris.

Vel striges sunt uocatæ, q̃a sicut aues

istę nocte huc & illuc uagantes stri-
dent, ita mulieres istę noctu in suis ma
leficiis oblectari solent, & huc ac illuc
permeare. Veneficæ uerò dicuntur, cũ
uenenis, aut uenenatis rebus noceant,
ut plurimum, & Gręcè pharmaceutrię
seu pharmacides. Sicut enim pharma-
cum, ita uenenum bonum, & malum es
se potest. Accedit quod quę exhibent,
tametsi semper uenena mala non sint,
uenena tamen esse putant, & tanquam
uenena essent, ꝓpinant. Incantatrices,
uel excantatrices dicuntur, quia uer-
ba quædam concepta, quę carmina vo
cant scriptores mussitare, quorum uiri
bus magna & admirabilia se efficere
posse existimant, & dicunt. Hic uerò
modus ueneficii epodi Græcis: excãta
tio latinis dictus, est uetustissimus. Cũ
antiquissimi Græcorum eius memine-
rint, præsertim Hippocrates in lib. de
sacro morbo. Plato in 2. de Republica,
& Xenophon li. 2. de dictis & factis So-
cratis. Huc pertinẽt omnes, qui uerbis
uel carminibus, aut solis, uel aliis re-
bus insuper adhibitis, sanguinẽ sistere
uul-

uulnera curare, dolores dentiũ ſedare, ac morbos quoslibet pellere ſatagũt. Excantatricum uerò duo ſunt genera; alia enim manifeſta pactione cum dæmonibus inita ſuas excantationes inſtituunt: aliæ neſcientes uerba ſeu carmina illa ex fœdere cum diabolo facto valere, ea ſic recitant, ac ſi in ipſis uerbis aut carminibus uis illa tanta ineſſet. Et quoniam ſupra ſcripta nomina cum ſint ſimplicia, non uidetur Siluestro Prierati, naturam totam harum mulierum explicare; Cum enim ſint voluptuoſæ maleficæ, ut etiam in propria pignora ſæuiant, & noctu diuq; ſua exerceant facinora, a nocturna aue, & a ueneficiis, ſtrigimagæ nuncupari debent.

DE PACTIS TAM *expressis, quam tacitis, quæ cum dæmone Malefici contrahunt: ac de modo profitendi in eorum secta.* *Cap. IIII.*



Eneficia, artesque magicas ex comercio dęmonum cũ hominibus contracto inter eos fœdere aliquo, ortum habuisse D. Aug. Angelicus Doctor, ac ceteri Theologi uno consensu scriptũ reliquerunt. Et innumerabiles uenefi- carum publicę confessiones uim oẽm ueneficiorum a dęmonibus proficisci patefaciunt. Astutissimi ac fraudulen- tissimi, dæmones ut quàm plures ad ue nefica scelera flectant, ac pręcipitent, uarias excogitarunt rationes cum ho- minibus paciscendi, uel tacitè, uel ex- presse, uel publicè, uel priuatim, ue per se, uel per alios maleficos, & hoc uel illo modo utuntur, prout opus esse pro uaria hominum dispositione co- gnoscunt. Pactum igitur tacitum est in dupli-

duplici differentia, uel ubi quis ad suasiones, & deceptiones prouecti in ea professione aliquid labefactat eorum, quæ ad diuinum cultum pertinent: præcipuè sacramenta, uel cũ sacris uerbis, uel in celebratione diuinorum, uerba aliqua uana, uel profana intermiscet; uel gestus aliquos facit, aut corpora quædam ubi sacra administrantur quibus utatur in suis operibus, abscondit. Et ita paulatim assuefit, ut ad grauiora etiam manus porrigat, uel cum filii uel nepotes, & quicunque alii iuramento ac fœderi per progenitores uel maiores dæmonibus præstito mediante aliquo signo consentiunt. Et eo magis si matres nascentes filios ea intentione dęmonibus cõsecrarunt: uel ex nefando matris cum filio concubitu nati sint, parum uel nihil dæmones sollicitantur, ut alię cęremonię interponantur. Et hinc est, vt per dęmonum ministerium pro initi fœderis signo, nonnulli uenefici binas pupillas in oculis innatas; quidam in uno oculo geminam pupil-

lam, in altero equi effigiem habeant? Dæmones enim tenelli embrionis carnem his, & ſimilibus lineamentis & ſignis fingere, & effigiare poſſunt. Vt autem dæmonum pactis ac promiſſis ſeſe ſtare demonſtrent, quotieſcunque faſcinare, aut quid ſimile patrare uolunt, uerba proferunt, quæ a dæmonibus dictata fuerunt maioribus, uel eadem ſcripta ſuperſtitiosè geſtant, uel ſimilia alia faciunt? Expreſsè uerò conſueuerunt maleficæ profiteri, uel dæmone, uel antiquiori malefico in priuatis ædibus, aut in publicis concionibus, ac conuentibus, ſuadente. Dæmon enim cum aliquas uidet paupertate oppreſſas egere, alias aliquem deperire, nec ratione uerecundiæ, ac famæ non audere optatis frui; nonnullos graui ac diuturna affectione moleſtari, ac multis remediis adhibitis priſtinæ nõ reſtitui ſalubritati, uel iniuriis affectos ulciſci non poſſe. Et hos omnes paratos cognoſcit ad omne flagitium patrandum, ut optatum finem conſequantur. Dæmon uel per ſe in forma

uiri

uiri, uel per mediam aliquam malefi-
cam alloquitur, & ſuadet, ut ſi moni-
tis, & præcipiendis ab eo obſequi ue-
lint, ipſas optata conſequuturas pol-
licetur, congreſſus uenereos, diuitias,
ſanitatem, & ultiones. Nullum au-
tem eſt obſequium, quod a dæmone
hiſce non præſtetur pacta ſeruanti-
bus. Et quamuis in Italia exempla
rara ſint, extant tamen nonnulla. At
in Germania, & Britannia frequentiſ-
ſima, ac multo magis in inſulis ad A-
quilonem ſpectantibus. Referunt e-
nim ubique obuios dęmones habere,
qui ad omnem famulatum inſeruiant:
ut etiam alicubi eorum opera metal-
la è ſubterraneis mineris eruantur.
Efficiunt autem hęc aliquando inuiſi-
biles, nonnunquam famuli, aut alte-
rius perſonam aſſumentes. Idcirco,
& maleficę mulieres frequentiſſimę in
prędictis locis reperiuntur, ac uiri ma-
gicis artibus addicti. Qui ut deleren-
tur ac exterminarentur ab Innocen-
tio Octauo Theologi Inquiſitores, duo
in Germania conſtituti fuere. Quo-

rũ alter breui temporis curriculo quadraginta ueneficas; alter quinquaginta condemnarunt comburendas esse. Ex quorum publicis iu iuditio confessionibus plurima eorum, quæ hic scribuntur, desumpta sunt. Expressus ac solemnis modus paciscendi uel profitendi in hac sacrilega professione est. Vt cum qui iam initiati fuere, ducti ab aliquo ex professis in publicum locum, in quem certis diebus conuenire consueuerũt, dęmone uti rege in forma humana in quodam residente throno, solemnibus quibusdam cęremoniis adhibitis, fidem Catholicam abnegent; saluatorem nostrum Iesum Christum, eius beatam Virginem Matrem, Ecclesiam sanctam, omnesq; sanctos despectui ac contemptui habeant, crucem sanctam pedibus conterant, sanctissimæ Eucharistiæ latentes digitis inferant calumnias, dęmoni in alto solio sedenti litẽt, sacra faciant, munera offerant, & pro uero domino agnoscant. Quibus postea dęmon integram obseruantiam pollicetur recepturos ab eo quicquid petie-

petierint. His peractis dęmonum princeps his particularem quẽdam dęmonem ſtatuit, qui eos inſtruat, cuſtodiat, in omnibus aſſociet, ac inſeruiat, & optata exhibeat, & præſertim ad conuentus nocturnos in forma hirci, ſeu alterius animalis ſtatutis noctibus transferat. Quem quidem dæmonem Magiſterulum, ſeu martinellum appellant. Cui quidem magiſterulo, ſeu ut aliis placet dęmonum principi, miſeri illi ſeducti animę ſuæ ac corporis dominium cum iuramento pollicentur. Quod homagium præſtare dicũt, quam promiſſionem ſcriptis tradere, & etiam proprio ſanguine nonnunquam faciunt. Vbi uerò in ſcelerata profeſſione confirmatos toto corde agnoſcunt dæmones, ad nefandiſſimos ritus, & crudelia ſcelera trahunt. Nam iubent infantes rapi, cęremoniis quibuſdam imolari, poſtea decoqui, donec tota caro in liquorem contabeſcat, ac de ſolidiori materia unguenta parari, quo per unctos transformari, & per aerem ferri

poſſint;

poſſint, liquorem uero in utre ſeruari, ut illius potu paucis cæremoniis adhibitis conſcii totius portẽtoſæ artis red dantur. Tanta autem auiditas vel potius rabies innaſcitur humanæ carnis, ut è ſepulchris, cum alia non ſint ad manus, cadauera furẽtur, & proprios etiã filios mactent, ac deuorent. Ex hac ſecta Cyclopas & Læſtrigonas fuiſſe in Italia, & Sicilia memoria eſt hominibus ueſcentes. Vnde & hodie vulgo ſtriges, & ſtrigones uocantur. Dæmones poſtea, ut diximus, his pollicentur blandiſſima ac deſideratiſſima queq; & opera admiranda, quę recenſuimus, præſtare poſſe, aut maleficia inferre, aut ſoluere, uel uaticinari, pro ut libuerit. Amplius terrorem incutere, & tremorem ſatellitibus qui apprehendere eas tentauerint, uel ſi capti fuerint, quocunq; tormento ueritatem ab ijs extorqueri non poſſe. Inſenſibiles enim ac taciturnos reddi, & iudicem ſi priores aſpexerint, ad miſericordiam flectere. Quidam etiam igni adiudicati, cremari non potuerunt, donec ueneficiis inſtru-

strumentum intra cutem clausum, & consutum manifestaretur. Experimento etiam compertum est, ueneficas coram iudice lachrymas effundere non posse quocunque tormento. Et in ueste, aut capillis, uel pilis corporis, uel ẽt pudendis absconditum esse instrumentum, quo mediante demon eos reddit taciturnos. Quod ut facilè agnoscant rerum capitalium, & huiusmodi scelerum iudices id imprimis curant, postquam istæ sunt captæ, ut toto corpore tondeantur, nouaculaque abradantur ne signum maleficii aliqua in parte celetur, quamuis aliqui hoc esse stigma quoddam à demone impressum arbitrentur non solum pro taciturnitate paranda, sed ut istæ in suæ addictionis fidem, notam, ac uestigium gestent. Quorum aliquæ sub oculorum palpebra, alię inter nates ipsas, nonnullæ in oris palato, ut ea ratione aliis sit occulta. In quam tamen sine earum sensu integrũ acum uel ferrum aliud abscondi potest. Alii uerò dixerunt, non omnes ueneficas stigmate à Sathana esse notatas,

tas, ſed illas dumtaxat, de quorum fide dubitat. Quę autem recenſuimus con confeſſæ ſunt, aut prius pœnitentia ductæ, ad fidem reuerſę catholicam, quę ſcilicet non toto corde in ſacrilegam profeſſionem fuiſſent ingreſſę, aut remediis contra uim taciturnitatis, uel tormētis coactæ ſunt ueritatem fateri.

VENERIS IMPOTENTIAM matrimonio coniunctis potiſſimum ſterelitatemque inferre, genitalia, præſtigiose auferre: abortus facere: lac exſiccare; urinęque retentionem facere ueneficos poſse. Cap. V.



Vamuis dęmon ad uaria ueneficiarum ſcelera pręſto ſit; ſuamque uim libenter impartiatur illis; pro impedienda tamen matrimonii copula libentius illis opitulatur, & fauet, cum ex hoc hominum propagatio maxime impediatur. Quod ipſe potiſſimum in uotis optatiſque habet; quò p̄deſtinatorū numerus tardius expleatur, amor mutuus cōiugatorū aboleat; adul-

[a]dulteria multa committantur, & quã[d]oq; aliquorum neces sequantur. Vn[d]e plures incubili Asmodeum luxuriae [p]rincipem, quem in cõuiuio Mammo[n]am interfecisse, ferunt. Consueuerunt [qu]aq; malefici homines coitus impotẽ[te]s reddere, modo ad omnes mulieres [m]odo ad vnam tantum, & eos potissi[m]um, qui matrimonij sacramento sunt [c]oniuncti: vt erga uxorem propriam [r]igeat uenus: erga uerò alias nequa[q]uam. Quod genus ueneficij ligatura [e]tiam antiquitus est appellata, & om[n]ium ueneficiorum frequentissima. [I]deo Virgilius rerum experientia edo[c]tus scripsit. Eclog. 8.

Necte tribus nodis trinos Amarylli colores.
Necte Amarylli modo: & ueneris, dic, uincula necto.

Libentissimè verò à Daemone exercetur hoc ueneficium inter coniuges: ut tam viro, quam mulieri peccandi occasionem suggerat: & sic excitationem libidinis ab vna tollere, & in aliam incendere vi sua, aut externa uirtute potest. Nam etsi in omnibus

omnibus peccatorum generibus homines ſolicitat, in carnis tamen peccatis maiores tentandi ſolertiam adhibet, cum per hanc uiam originis culpam contrahamus, qua precipue dęmoni ſubditi facti fuimus, ut ſcribit S. Doctor in 4. Sent. Matrimonii igitur
d.34.ar. 3.ad 1. copulam multis modis impedire poteſt. Primo excitando in uno odium, ac faſtidium in alterum coniugem, & deformem ac infeſtum eſſe ſuadendo. Secundo uim generandi ſeu ſemen eliciendi uim uariis medicamentis adhibitis. Tollendo, tertio coniugum corpora per interpoſitionem alterius corporis: ne mutuo adhæreant diſtrahendo, & amouendo. Sicut de quodam iuuene literis proditum eſt, qui & Idolũ, & iuuenculam deſponſauerat, quam ideo cognoſcere nequibat ſe in huiuſmodi corpore dæmone interponente. Quarto coeundi uoluntatem diuertendo à coniuge, & in aliam, uel alium inflamando. Quinto genitalis membri rigorem reprimendo, ſeu auferrendo. Sicut etiam motum localem uniuſcuiuſq;

uisq; organi impe dire poteſt: uel alia
ia membrum inutile reddendo, in mu
ere etiam pudendi arctationem, uel
alem affectionem inferendo, ut uiri
ccesſum ferre non poſſit. Sexto ſpiri-
uum emiſſionem, in quibus eſt mouē-
i uis ad membra, prohibendo, uel ſe-
ninis uias intercludendo, ne ad gene-
ationis uaſa deſcendat, neue emitta-
ur. Comes quidam, ut Prierius ſcribit
n Argentinenſi ditione, cum uxorem
uxiſſet per triēnium ueneris officium
omplere non potuit. Caſu autem de
eneficii inſtrumento certior factus li-
eratus eſt. Cum enim peregrè profe-
tus mulierem offendiſſet, quam pro
rto antea habuerat, poſt mutuas ſalu
ationes interrogatus de ualetudine
ua, ac ſuorum, proſpere in omnibus
eſpondit, quo audito, turbata mulier
terum interrogauit, utrum filios ad-
huc ex uxore habuiſſet, annuit Co-
mes, nam triennio tres habuiſſe. Cum
dhuc magis in uultu conturbata eſ-
ſet mulier, cur, inquit Comes, turbaris,
forte meam mihi inuides fęlicitatem.
Non,

Non, inquit, mulier, ſed vetulæ ſuc-
cenſeo, quæ putauit ſuo maleficio vim
procreandi liberos ſe impedituram.
In cuius ſignum, ait, puteus qui in me-
dio clauſtri eſt, ollam in fundo conti-
net, in qua res quædam clauduntur ue
neficii inſtrumenta. Gaudeo autem illa
irrita eſſe, ac tuæ fœlicitati gratulor.
Quibus auditis Comes, in patriam re-
uerſus, repurgato puteo ollam inuenit,
quam prædixerat mulier, & combuſtis
inſtrumentis illis in poſterum nullo im
in tra. de pedimento uxore ſua uſus eſt. Similẽ
ſortil. 96 huic hiſtoriam, ſed multis præſtigiis re
num. 15. fertam ſcribit Paulus Ghirlandus, ex
quibus conſtat, eos qui non dęmoni-
bus, ſed uel naturali cauſæ nobis occul
tæ, aut hominum artibus coitus impo-
tentiam adſcribendam eſſe dixerunt,
male ſenſiſſe, cum tali ac tanta uirtute
dęmones præditos eſſe non credide-
rint, & nihilominus ſeptem uiros Sarrę
non coeundi dumtaxat uirtute, ſed ui-
ta quoq; priuarunt. Nam ſi à cauſis na-
turalibus impedimentum illud orire-
tur, cum omnibus mulieribus, eandem
difficul-

difficultatem homines haberent. Verũ quoniam experientia compertum est, multos esse, & fuisse, qui cum una, uel cum omnibus rem habere possunt: & cum alia commisceri nõ possunt. Vicissimque multas fœminas a propriis maritis auersas, cęteris uerò addictas. Propterea dæmon actu, & solertia id fieri haud negandum est. Imò quam antiquissimum, nedum uerissimum sit hoc ueneficum, ex antiquioribus Historiis depręhenditur. Inter quas Herodotus testatum reliquit, Amasim Aegypti regem ueneficio ueneris impotentem factum esse erga Laodiceam uxorem suam, quousque quibusdam carminibus, precibusque solennibus ad pristinam redactus est conditionem. Præterquam quod id constat ex omnibus legibus, præsertim in iure Pontificio in trigesimatertia quæstio. 1. Si per sortiarias, ubi habetur. Si per sortiarias, ac maleficas artes occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante con-

lib. 2.

cubitus non ſequitur, &c. omnes etiam
ſacri Theologi id manifeſtè ſentiunt,
dist. 24. & probant. Præſertim D. Thomas in
quarto Sent. ubi ſcribit hominem liga-
ri, ut eius uerbis utar, ad unam, & non
ad alias. Notandum tamen quod ali-
qui referũt plures eſſe modos, quibus
huiuſmodi ueneficia fiunt. Et non ſolũ
pro impedienda copula, uerum etiam
ad tollendam, uel impediendam gene-
rationem. Cui etiam ueneficio omnes
2.p.mal. non ſubiiciuntur, ſed magis, & ut plu-
6.p.c.7. mum gratia Dei destituti, ut proba
Iac. Sprenger. Quæ ueneficia, uel ſtatu-
tis diebus, menſibus, uel annis, uel in
perpetuum conſueuere inferri. Impo-
tentes uerò ad exercendam uenerem
magis redduntur uiri, quam mulieres.
Cum cauſſæ huiuſmodi defectus faci-
lius in uiris, quam in mulieribus inue-
niri poſſint, & plures mulieres uenefi-
cæ ſint, quam uiri uenefici. Et ideo ma-
gis uiros allicere, quam mulieres ac de
illis ulciſci cum aliqua iniuria fuerint
laceſſitæ, cupiunt. Cur uerò uenereus
actus reſpectu unius, & nõ alterius mu-
lieris

lieris interdum præpediatur. D. Bonauentura reſpondet, ideo eſſe, aut quia uenefica reſpectu determinatæ perſonæ diabolum aſciuit, uel cum eo fędus iniit, uel quia Deus reſpectu cuiuslibet impedire prohibuit, cuius occultum iudiciū hic latet. Vt liquet de uxore Thobiæ. Nonnulli etiam reperti ſunt ex ueneficio mutone priuati, ut ex multis hiſtoriis patet. Quorum unam dumtaxat hoc loco referre liceat. Iuuenis obſcuro loco natus diu quadam iuuencula potitus, volens eam deſerere, reperit ſe genitalibus priuatum. Cum uerò triſtis cellarium uinum empturus adiuiſſet, ſuperuenienti cuidam mulieri cauſſam triſtitiæ aperit, & effectum ipſi inquirenti monſtrauit, quamque maleficam in hoc negotio ſuſpectam haberet, dixit. Cui mulier, uel blandiſſimis uerbis ac pollicitationibus, uel minis, & ui, opus eſt, ut eam ad priſtinum ſtatum reſtituendum, cogas, & impellas. Qui monitis parens, obſeruato tempore in noctis crepuſculo, opportuno loco eam comprehendēs, ubi preces eā

flectere;non potuissent, iniecto ad collum panniculo lineo, & clamare mulierem prohibitam penè ad mortem compressit, donec ea sanitatem promittente, laxauit. Quæ tactu manus inter femora pręstigium omne abstulit. Quęrunt modo Doctores, an dæmon uere, ac reipsa pudendum uirile possit auferre? Et quamuis nonnullis argumentis id esse posse probabile uideatur; nihilominus, in eam probabiliorem sententiam ueniunt, id potius fieri præstigiosa, ac illusoria dęmonum arte, quã multis modis exercere potest, ut apud ipsos legere est. Nec hominibus tantũ sterilitatẽ, uerum etiam, & iumentis maleficia inferre, ex cõfessionibus ipsarum ueneficarũ, patet. Et quod magis est impiũ, abortus etiam facere, & lac exsiccare, experimẽtis quamplurimis innotescit. Quidam enim ueneficus captus, in iudicio confessus est suis ueneficiis effecisse, ut quędam mulier per multos annos abortum fecerit, fętu septies in utero enecato. Idem etiam contigisse pecoribus, ac iumentis omnibus utero

geren-

gerentibus tunc temporis. Instrumentum uerò, quo utebatur, fuit serpens in limine ostii reconditus. Quo perquisito, & puluere tantum aliquibusque uestigiis serpentis ob temporis diuturnitatem inuentis, igneque concrematis, foecunditatem fuisse restitutam. Et quoniam urinæ suppressio a Græcis Ischuria dicta, grauissimum malum est. Lotio enim suppresso, uesica & lumbi distenduntur ægrotantium. Similiterque pecté, & femora, tumefiũt, & cum lotium non excernitur, subiecta membra mortificantur, & inde paulo post moriuntur. Hanc ideo sęuam ęgritudinem, quã ipsi uenefici coarctare, seu inchiodare uulgo nuncupant, etiam inferre sciunt. Ex qua iuuenis quidam ferè obiit. Cui ut malo dedecus etiam adderet ueneficus, in publico loco urinam ipsam emittere ac ità colludere impedimentũ abstulit. Qui tamen ueneficus nõ post multum tempus maniacus ac rabiosus interiit.

AMOREM EFFRAENATVM, AC ODIVM intestinum dæmones per se, aut per ueneficos inducere, & homines sua ui dementare posse. Cap. VI.

LIcèt dæmones libero hominum arbitrio uim inferre nequeāt, minimeq; nostrā mentem contingere possint, ut hunc odio, & illum amore prosequamur. Libertati enim in qua Deus
cap. 7. hominem creauit, repugnat. iuxta illud Eccl. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. Inferiores tamen animæ uires, & inter alias phantasiam præcipuè, uariè afficere possunt. Et in ea quidquid uoluerint menti inspiciendum proponere. Quamobrem ad affectus, ne dicā defectus & cupiditates nostras ad amorem & odium excitandum peritissimorum pictorum arte & officio fungūtur: Qui res omnes, quas pingunt, nūc hac specie & figura, nunc illa non pro eorū natura, sed pro arbitrio suo effingunt. Qua profectò arte si non ad amorem inci-

incitare, & inflammare cupiunt, rem quam nobis cogitandam, & intellectu cõtemplandam offerunt, omnium formosissimam, & maxime delectabilem, atque amabilem depingunt, licèt turpissima, & fœdissima illa sit, & pro sua libidine eandem rem nunc pulcherimam, nunc maximè deformem in nostram perniciem nulla interposita mora effingunt, nosque ad amorem, aut odium instigant, ac inflammant. Quibus accedit, quod ut D. Hier. in illis uerbis ait, uirtus eius in lumbis eius, dæmones naturali iuuenum calore & cupiditate ad eorum lasciuiam abutuntur. Quem quidem calorem flatu, & suggestionibus adeo incendunt, ut eos hoc incendio deuorent, atque consumant. In cuius rei testimonium illud Pygmalionis Cilicis filii, qui in eburneam statuam exarsit, facere uidetur. De quo apud Aelianum sic legitur. Adolescens summo natus loco statuam Bonæ fortunæ deperibat, & sæpe in amplexus eius se insinuans, oscula dabat. Atque inde in furorem raptus propter cupiditatem,

in ſenatum ueniebat, & enixè rogabat, ut ſibi liceret eam emere. At cum nihil proficeret, multis regiis ſertis imagine coronata, oblato ſacrificio, ipſaque ueſtitu pręcioſo exornata, ſibi mortem cum lachrimis conſciuit. Adeo praua dæmonum uis in eum potuit, ſlatu enim, & ſuggeſtione ſatis, per ſe incenſum animum ad mala procliuem inflammant: inflammatumque in peccata, & in excidium præcipitant; Hoc pacto carnis appetitus ubi accenſus fuerit, ita uolũtatẽ ipſam ſollicitabit: ut eam in ſuam ſententiam trahat. Eoque magis ſi uitioſis affectibus & cupiditatibus, quæ a carne ortum habent, luxus, crapula, & cibi uenerem excitantes, accedant. Vel ſi dæmones clam in eorum corpora aliquid ingerant, uel exterius apponant eorum, quæ ad ſtimulandam uenerem idonea ſunt. Vel in ſpiritus eorum agendo phantaſmata uaria in eorum ſenſibus formare, quibus ad amorem alliciantur, & turpiſſimarum etiam ac infamium mulierum amore exardeſcant.

ſcant. Cuius rei quamplures hyſtoriæ apud authores de ueneficiis agentes leguntur. Quorum unius tantum meminiſſe uolo. In quodam Hetrurię oppido, iuuenis quidam adeo perditè ueneficam mulierem adamauit, ut formoſam alioqui, & honeſtam uxorem unà cum filiis reliquerit, & cum pellice ſuorum immemor, uitam eouſque traduxerit, donec uxor de maleficio monita, eo conceſſiſſet; & clam maleficii inſtrumento perquiſito inueniſſet ſub lecto bufonem olla incluſum, conſutis occulis; Eo igitur abrepto, & ſolutis oculis poſtea igni cremato, confeſtim uir ſuorum recordatus, tanquam è ſomno ſurgens ad uxorem, & filios reuerſus eſt. Et hæc quamuis dæmon per ſe facere poſſit, nihilominus ob fœdus inter maleficos initum, ſæpe ac ſæpius pro eorum arbitrio, & uoluntate operantur, ut mediis quibuſdam inſtrumentis (ut in explicata iam hiſtoria conſtat) & ueneficiis quoquopacto cogi uideantur. Solent

enim ſathanici homines quampluri-
mis rebus,& potiſſimum diuinis ſacra-
mentis ac ſacramentalibus dictis,aliiſ-
que ad diuinum cultum ſpectantibus
abuti.Ideo quãdam profanã clauiculã
Salomonis dictã in deteſtandos uſus
uſurpant.Lapidem calamitam aqua ſa
cri baptiſmatis impiè abluunt, & (ut
ipſi exiſtimant) ſacram faciunt.Imagi-
nes cereas ad ignem adurunt,& liquãt,
adhibitis quibuſdam nefariis preci-
bus & execrationibus, quas cõmemo
rare animus exhorreſcit, exiſtimantes
ad calefactionẽ & liquationem imagi-
nis cor faſcinandi amore inflammari
ac ardenter feruere. Vel menſtrua
ſua excrementa propinant,quibus co-
gere ad ſui amorem iactant. Quibus
mediis, & inſtrumentis nihil tamen a-
gentibus in ueneficio affectum, dæmõ
uim ſuam exercens homines uti de-
mentes ac maniaci fiunt. Quandoque
qui arreptitii propria ſignificatione
uocari debent, eo quod ab eminẽtiori
natura corripiantur.Similiter quando
dęmones ad odium aliquem excitare
ſatagunt,

satagunt, in illius phantaſia (ut diximus) omnes opportunas odii cauſſas pingunt, ac ueluti ob oculos ponunt, et ad memoriam reducunt miris amaritudinis modis, eiuſmodi cauſſas augendo; Corporis humores etiam turbant, omneſque ad melancholicum, & cholericum tendere cogunt. Quibus humoribus cõturbatis, & triſtitia cum odii cauſſis accenſa, ob diſſenſiones quoque fomenta diſſeminata, adeo cor cum toto corpore contra hominẽ illum odio & furore afficitur, ut ignem euomere, & contra illum furere uideatur. Quod quidem eo facilius dæmones exequuntur, ſi maleficarum opera res quaſdam odio excitando, (ut ipſi exiſtimant) idoneas adhibeant, ut ſerpentum capita ac pelles alicubi repoſitas, uel res alias quamplures, quas recenſere non eſt opus. Cuius quidem rei exemplum memorabile referam. In oppido Sepino ditionis Neapolitanæ, erat quidam Iacobus nomine, cuius uxor tantum odium cum eo exercebat, ut a primo die, quo inter ipſos

matri-

matrimonium contractum fuit simul habitare non potuerint, tantum abest, ut sese inuicē copulauerint. Etsi quando Iacobus ad uxorem accedere uoluisset, tanto furore ac rabie percita uxor erat, ut se per fenestram potius pręcipitem daret, quam illum pati posset. Quod cum cuidam religioso uiro ab ipsis hospitio recepto relatum esset de hac re dubius, & ad fidem pręstandam difficulter se habens expereundi gratia, illico mulierē accersiri iubet, eiusque maritus in interiorem ædiū partē sese abdidit, ne eius præsentia uxor ingredi renueret. Venit mulier, quę de odii caussa contra coniugem, interrogata suam uicem prius, miserumque fatum cum deplorasset, se nullam, inquit, eius rei rationem reddere posse. Quin absentis mariti tanto desiderio, & amore se flagrare dicebat, ut id uerbis exprimere nequiret. Cum autem ad illum alloquendum & uidendum accedere uellet, illico imaginationi suæ tot deformitatibus & turpitudinibus, totque horribilibus monstris maritum

depi-

depictum apparere, ut mortem prius
ibire uellet, quam illum ferre asserēs.
Quod eius anima tota omnesq; uires,
& spirituū partes in maritum tanquam
in oblatum malum & sui perniciem fe-
rebantur. Rursus eo absente eiusdem
desiderio æstuare se aiebat. De cuius
mulieris uerbis cū bonus ille sacerdos
periculum facere uellet, dixit mulieri-
bus eam comitantibus, ut illam cir-
cumpedes, & brachia super lectum,
ualido fune in crucis modum uinci-
rent. Quo maritus omni repugnan-
tia remota expeditum accessum ad
eam haberet. Verberatur enim ille
sacerdos, ne ob deformitatem ali-
quam celandam mulier se ita affe-
ctam simularet. Vxor denique ob
mariti desiderium se ligandam tra-
didit, rogans ut ad se maritum ad-
mitterent. Quo ingrediente nullæ un-
quam furię tam immanes uisę sunt,
nulla fera tam efferata, nulla belua
tanta rabie, & furore concitata ei
similis inuenta fuit, spumam ex ore e-
mittebat, dentibus fremebat, ocu-
los

los contorquebat, totumque corpus ueluti furiis agitatum, ac dęmonibus plenum uidebatur. Mulieresque ibi assidentes retulerunt eius uentrem ac stomachum funibus contortis ipsis tãgentibus refertum uisum esse, totamq; cutim ut flagris cęsam redactam. Nec furendi finis factus est, donec maritus concertationis labore defessus, & illius misericordia motus, illinc exiit. Et tandem post tres annos mulier quędam in ueneficiis uersata, quæ Iacobi matrimonium cum illa uxore grauiter molesteque tulerat, maleficium quod patrauerat, soluit. Et ita Iacobus uxore potius est. Et inde in summa pace atque otio tranquillissimè uixit. Ecce quomodo dæmones ad ueneficarum uota, odii caussa esse possunt, humani corpus atro, turbidoque sanguine, & quadam obscura melancholia afficiendo; in nonnullos frigus inducendo, in aliis humores exurendo. Vnde insolentes, inuidos, tumidos, ac misanthropos homines efficiunt. Adde quod ipsam quoque hominis imaginationem

uariis

mariis ſpectris, phantaſmatibuſque ad eam rem depingunt. Sæpè etiam corpori illabuntur, animęque potentiis corpori affixis adhærent. Ex qua actione intellectus turbatur. Et quia uoluntas rem oblatam ab intellectu ſub boni ſpecie accipit. Hinc fit, ut dęmones in uoluntatem ex euidenti agere dicãtur, quam ea uia grauiſſimo odio incẽdere aduerſus aliquem poſſunt. Qui quidem odii & inimicitiæ modus inter matrimonii ſacramento coniunctos potiſſimum à dæmonibus exerceri conſueuit, ut in adulterii crimen eos cadere ſuadeant, & ad alios luxuriæ turpes actus habiles reddant.

MALEFICOS OPE DAEMONVM seipsos, uel alios in apparentem, aut immaginatam brutorum, aut aliarum rerum figuram mutare, dæmonesque corpora assumere posse hominum, brutorum, aliarumque rerum formas effingentia. Cap. VII.



MVlta sunt in rerum natura, quę quoniam auditu sunt noua, uel uisu rudia, uel supra captum cogitationis ardua uidentur, a quamplurimis mendacia existimantur. Quæ tamen si accuratè explorentur, non modo euidentia, uerumetiam factu facilia apparent. Et quamuis hominum transmutationes in uarias brutorū formas sint non solum a Poetis, qui multa his fabulosa etiam admiscuerunt, decantatæ, uerumetiam ab historicis quamplurimis cum antiquis, tum recentioribus, descriptę. Nihilominus, qui uim dæmonum naturalem, & quot miranda sola hominum arte effici posse ignorant, id negare audent. Inter multas enim magorum operationes, nulla est

magis prodigiosá admirationeq; digna quam transmutatio corporum in varias animalium effigies, ut in seipsis & in aliis isti malefici, prout libuerit, facile auxilio dęmonũ experiri sciũt. Quæ tamen transformatio non est formalis: (ea enim soli Deo conuenit) sed accidentalis, qua uel forma naturalis uisui perspicua mutatur, uel alia ei extrinsecus præstigiosa arte aduenit. Potest enim dæmon ex aliquo morbo quam citissimè inflicto corporis speciem mutare. De qua sicut de priori non loquimur; sed de ea, quæ deforis aduenit, quæ non uno dumtaxat modo, sed innumeris propè uiis effici potest. Prima sensuum uires obnubilando, ne ad rem, quæ sensuum obiectum est, pertingat. Secundo obiectum ipsum occultando, & eius loco rem aliam ostendẽdo. Et sic pro homine nonnulla nobis obiiciunt, quę bruti formam referant. Tertia uim oculorũ impediendo sicut Vitolfus Helsingorum princeps, suis præstigiis, quos uolebat, ita officio

uidendi ſpoliauit, ut propinquas ce
des, nec proſpectu capere, nec certi
ueſtigiis indagare poſſent. Quarta ae
rem intermedium inter nos, & rem
quam nobis occultare uolunt, conden
ſando, illique rei ſimilem reddendo.
Quinta nubem ad alicuius rei ſimilitu
dinem redactam liniamentis fingẽdo,
quæ res illa nobis uideatur, quam o-
ſtendere cupiunt. Sexta ex ſubtiliori-
bus elementis corpora effingendo, &
quibuslibet rebus ſimilia reddendo.
Septima, rerum quarum ſimulachra in
hominum imaginatione recepta ſunt,
immutationes dęmones faciunt, non
ſecus ac ſomniorum apparitiones fiũt.
Quorum Ariſtot. cauſſam reddens ait,
animali dormiẽte, & ad ſentiendi prin-
cipium plurimo ſanguine deſcenden-
te, impreſſiones ex ſenſibilium motio-
nibus factæ deſcendunt, ac proinde, ac
ab ipſis externis rebus phantaſia im-
muteretur, apparitiones fiunt. Humo-
rumque dictorum tanta cõmotio atq;
agitatio cum ſpirituum eleuatione eſ-
ſe poteſt, ut huiuſmodi apparitiones

l. de ſomno, ac uigilia.

tiam uigilantibus appareant. Idque
uo pacto fieri queat, in phrenesi labo
antibus animaduertere possumus, &
eluti per humorum agitationem hoc
su uenire contingit: ita per dæmonũ
im, quibus oĩs sublunaris materia ob-
emperat, effici posse non dubitamus.
Quo quidem modo dæmonum arte pa
ato, illud quod Solinus de Neuris po-
ulis asserit intelligendum puto, qui cap. 20
statis tempore in lupos mutantur.
Deinde fatali hoc tempore exacto, in
ristinam faciem, ac formam reuerti
bi uidentur. Cum enim phantasia eo-
um immutetur; existimant se in lupos
onuersos. Ad statum uerò naturalem
edacti uidentur & priorem formam
ecipisse. Sic illud Plinii intelligi po-
est, quod Euanthes tradit, ex gente l. 8. c. 22.
nthei unum hominem sortem electũ
d stagnum quoddã eius regionis du-
, uestituque in quercu suspenso trana
e, & in deserta abire, atque in lupum
utari, per annos nouem cum cæteris
iusdem generis animantibus congre-
ari. Quo in tempore si ab hominum

carne abſtinuerit, ad idem ſtagnum reuerti, & cum tranauerit priſtinam formam nouem annorum ſenio addito recipere. Ita & multæ aliæ tranſmutationes poſſunt interpretari. Hanc uerò in lupi figuram, tranſmutationem, nequaquam id malum eſſe duco quod Medici Græci, Paulus, Aetius, Oribaſius, & Actuarius, Lychantropiam, & Lycaoen: Latini uerò lupinam ſeu caninam inſaniam nuncupant. Nā preterquam quod iſta affectio eſt preternaturalis, & ortum ducit ab atra bile, imaginationem ac cogitationem ipſorum lædente: illæ uerò alia ratione fiant dæmonum arte, præallegati authores non ſcribunt: quod affecti hoc malo, exiſtiment ſe lupos uel canes eſſe, uel in lupos, uel canes conuerſos, quamuis ſolitudines ac deſerta loca quærant, ut potior pars melancholicorum facere conſueuit. Qui enim hoc affectu ſunt occupati, in Februario menſe noctu domo egreſſi lupos in rebus omnibus imitantur, & donec dies illuceſcat, circa defunctorum

l.3.c.16.
Ser.6.c.11.
li.8. Synop.c.10
l.1. met. c. 16.

rum

ſi monumenta plerũq; uagantur, eaq; maximè aperiunt, & ſæpe luporum mo o ululant. Et quãuis affecti melancho a hac, imaginarentur ſe lupos eſſe, & on homines, maleficio uerò depre- enſi quamuis oculis ſuis lupi formã ircumſpiciant, ſic a dæmone faſci- ati: cognoſcunt tamen & ſciunt eſſe omines, nec ſenſus interiores il- orum ſunt læſi, ut clarè ex hiſtoriis cire poſſumus: inter quas hanc ab mnibus ferè recentioribus receptam ecenſere libet. Referunt enim in Cypri Salamina cum nauis applicuiſ- et commeatus emendi gratia, iuue- em è naui egreſſum a muliere qua- dam oua emiſſe, quæ cum in littore commediſſet, poſt horæ ſpatium uo- cem amiſiſſe, ac ſemiſtolidum reddi- tum. Cumque nauim conſcendere tentaſſet, repulſum a ſociis fuiſſe, illum non agnoſcentibus, ſed aſinum pu- tantibus. Cum autem miſer nequic- quam uerbis ſignificare poſſet, ac nauim iam è portu ſolutam con- ſpiceret, anxius, & conſilii inops,

ad mulierem reuertitur, cuius malefi-
cio se detineri suspicabat, apud quam
cum nullum auxilium impetraret, oc-
casionem expectans per triennium ru
ri mansit. Interdum quidem more asi-
norum onera portans, noctu uerò uiri
officio fungens; continuè autem mu-
tus, ut nemini communicare posset, ue
neficæ præstigium stetit. Cum autem
casu in oppidum ductus esset, & ante
templum pertransiret, uisus, est à mer-
catoribus quibusdam Genuẽsibus Asi
nus poplitibus posterioribus flexis, &
anterioribus sublatis Eucharistiæ ele-
uationem, quæ tunc fortè celebraba-
batur, adorare. Quo perspecto prodi-
gio, mercatores rati, mulierem asinum
ducentem maleficam esse; (nam id ge-
nus pręstigi in Asia erat frequẽs) urbis
præfecto rem denunciant. Cuius iussu
mulier depręhensa, & Veneficium con
fessa; spe uenię, iuuenem in pristinum
statum restituit. Qui confestim ad pa-
triam rediit; ipsa autem condemnata,
pœnas luit. Ex quibus patet non omni
no esse fabulosum, ut nonnulli arbi-

trantur;

rantur quod de Circe magica arte so
cios Vlyssis in bestias ipsam cõuertis-
se, a Virgilio uidelicet in Pharmaceu-
tria, & ab Homero scribitur. Cum hæc
Historia & a Plutarcho in Gryllo, &
coniungalibus preceptis, necnon & a
D. August. in lib. 18. de Ciuit. Dei re-
feratur. Addente quasdam stabularias
mulieres conuertisse hospites suos in
iumenta. Nec non Diomedis socios in
aues conuersos, & quod postea longo
tempore circa templum Diomedis uo
larunt. Quæ tamen secundum imagina
riam apparentiam, & non reipsa conti-
gerunt. Quibus uerò superstitionibus
malefici ad hæc efficienda uterentur,
siue unguentorum ui, siue uerborum
prolatione, nõ habetur clarè. Ouidius
tamen de Circe, que Picum regem in
auem sui nominis, mutauit, hæc affert.

c. 16. & 17. et 18.

l. 14. Metamoph.

Tum bis ad Oceanum, bis se conuertit ad ortum,
Ter iuuenem baculo tetigit, tria carmina dixit.

Qui hominum artem & agilitatem
animaduertunt, qui dæmonibus infe-

riores natura longe sunt, non mirantur præmarrata ab impuris illis spiritibus fieri. Sunt enim quidam præstigiatores, qui mira manuũ celeritate faciũt, quibus mortales in non mediocrem admirationem inducunt. Et inter alia uini cyathum seruo bibendũ prębent, deinde terebella serui frontem se perforare simulant, & tota quanta est terebela in serui caput ingredi uidetur, post ea illam se extrahere simulant, ac tantum uini ex illius serui frõte in cyathum profluere conspicitur quantum seruus biberat. Qua præstigiosa arte nunc excellere Hybernos, nouique orbis incolas tradunt scriptores. Quod si manuum & aliorum membrorum dexteritate, celerique actione rẽ vnam pro alia nobis homines demonstrant, quid de dæmonibus censendum est? quibus ad nutum corporea materia omnis subiicitur, Nec solum dæmones sensus nostros præstigiando homines in bestias conuersos esse nobis indicare, uerum & ipsi uerè corpora assumere possunt humanam, uel brutorum

figuram

guram præseferentia. Quod hinc faci
scire possumus. Quicquid enim An-
eli sua naturali uirtute efficere, ea-
em & Dæmones agere possunt, cùm
orum uis naturalis ex lapsu peccati
on sit illis imminuta. Ex sacris autem
teris patet, angelos assumere corpo-
a; quare & Dęmones ad libitum uaria cap. 13.
ffingere poterunt. Libro enim Iudicũ
abetur, Angelum Domini uxori Ma-
uæ apparuisse, cui ortum Sampsonis
rædixit. Et li. Thobiæ, eidem Thobiæ cap. 5.
ub forma iuuenis splendidi stantis,
ræcincti, & quasi parati ad ambulan-
lum, quem ignorans Angelum Domi-
ni esse, salutauit & interrogauit. Hoc
dem manifestum est per apparitionẽ
luorum Angelorum Lot sedenti in fo-
ribus ciuitatis, quos hospitio suscepit.
Sed & ex eisdem sacris literis, ac histo
riis manifestum est dæmones uaria as-
sumere corpora posse. Sicut Sathan fe
cit, quando ausus est Christum domi-
num nostrum illis tribus ualidissimis
tentationibus aggredi. Id enim fecisse
specie alicuius venerabilis personę

non-

nonnulli interpretes arbitrãtur. Quo si humanam speciem dęmon effinger nouit: magis ac facilius brutorum qui rumcunque, aliarumque rerum form assumere poterit. Cum ad corpus humanum effingendum quam plura organa, pluresque dispositiones requirã tur. Et si in Angelum lucis, ut D. Paulus testatur nouit Sathan se transferre: quã tò magis poterit in uilissimam speciem animalium, cęterarumque rerũ se trãsformare. Quod satis constat perspicuè ex Athanasio Alexandrino Episcopo de S. Antonio, Dęmones enim aliquãdo, ut draco teterrimus, ut puer horridus & niger illi apparebant, sępe serpentium formas induentes, omnem protinus locum repleuere formis leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentium, scorpionum, necnon & pardorum, atque ursorum. Quæ singula secũdum suam naturam fremebant, multaque contra D. Antonium minantes, dentibus suis fremebant, quod nullus eorum tẽtationes sequeretur effectus. Et interim, apparitiones aliis sanctis

factas,

ctas, ut D. Margaritę, Catharinæ Se-
ensi silentio inuoluam.

ENEFICARVM ALIQVAS PER
mentis excessum cognoscere, ac scire omnia;
quę in conuentu Sathanico fiunt. Aliàs
uerò corporaliter deferri ad eos
reuera; probatur.
Cap. VIII.

QVo detestabilis ueneficarũ factio in multos serperet; augereturque eorum numerus: lex apud eos sancita est, ut statutis noctibus conueniant professi in publicam concionem, aut in corpore per aerem a dęmonibus transiti, uel si magis placet a sensibus semotę recumbẽtes. Ita enim sciunt, ac percipiunt ea, quæ in conuentu illo fiunt. Quod non est illusio, uel somnium, sed uera mentis a corpore abstractio. Iacent enim ueneficæ uti mortuę, pręsentia corpora etiam patentibus oculis non uident, nec ullas uoces audiunt, etsi uellicentur, uel pugnantur, aut uantur, minimè sentiant. Cuius rei

etiam

etiam multa extant tum ueterum, tum recẽtiorum exempla. D. enim August. refert, quendam sacerdotem Calamensem solitum se suo arbitratu a corpore auocare. Iacebat, inquit, simillimus mortuo, sine anhelitu, & cum ureretur, & secaretur, non sentiebat. Plinius etiam tradit Hermotimi Clazomenii animã relicto corpore uagari solitam, & multa & uera e longinquo nũciare, donec cremato eo inimici eius, qui Cãtaridę uocabantur, remeanti animæ uelut uaginam ademerunt: quanquam totum hoc, quod de Hermotimi anima narrat Plinius commentitium existimare debemus, cum non sit in nostri animi potestate deserere corpus, & extra illud ipsum reuerti. Solus enim id Deus infinita potestate pollens efficere potest. Cornelium etiam sacerdotem scribit. Aulus Gellius Pataui mente motũ fuisse eo tempore, quo Cęsar, ac Pompeus in Thessalia confligebant, adeo ut tempus & ordinem, & exitum pugnę uideret. Vt interim Epimenidis Cretensis, Pythagorę, Zoroastri, Socratis, Platonis,

li. 14. de ciui. Dei, cap. 24.

l. 7. c. 52

onis, Xenocratis, Archimedis Siracu-
ani, Plotini, Porphyrii, Heracliti, De- *lib. 13.*
nocriti, Ariſtei, Proconneſij, & aliorũ *Theolo.*
xempla ſilentio inuoluam, quę unuſ- *Pla.c.2.*
quiſque apud Marſilium ficinum lege *l. 2. Dæ-*
e poteſt. Apud Ioannem Budinum, & *mon, c. 5*
Patres Inquiſitores, qui ubique loco- *in Phed.*
ũ, ex confeſſionibus ueneficarum ac-
epta referunt. Quam ecſtaſim uulgus
tiam exploratam habuit. Nec Plato-
nem latuit ſcribentem, quod ab huma-
nis ſtudiis ſegregatus, diuinoque nu-
mini ſemper inhærens, uulgo capitur,
quaſi extra ſe poſitus, ſed ipſe Deo ple
nus uulgus latet. Qua uerò ratione ue-
neficæ ſe a corpore ſecernere poſſint,
uarię ſunt hominum ſententiæ: Aliqui
aſſerunt id humana induſtria aſſequi,
& nonnullis ex relatis exemplis pro-
bant. Alii ex uirtute quorundam plan-
tarum ac lapidum extra ſe poni. Ariſt.
quandam melodiam raptum facere aſ
ſeuerat. Nõnulli mẽtis motũ Melãcho *l. 8. Poli*
lię, uel Apoplixię, uel Epilepſię, Syn- *c. ult.*
copi uterinę ſuffocationi, Phrenitidi,
ac aliis huiuſmodi morbis, aſcribunt.

Alij

Alii ex facultate medicamenti narcotici animi abſtractionem fieri. Et alii qui in ſomniis iſta percipere maleficos exiſtimant. Quorum omnium ſententias minimè probare poſſum. Et quamuis non inficias eam, nonnullos ex longa induſtria, & diuturna meditatione animis abſtrahi, id tamen facere poſſe ſtatim & quandocunque uoluerint, & quę magis optant in mentis exceſſu cognoſcere poſſint, ut malefici aſſequuntur, a ueritate alienum eſſe duco. Et allata exempla effectum dumtaxat, & non cauſſam probant. Quod autem nonnulla ſint (quod tamen fabuloſum eſſe ſuſpicor,) quorum ratione admiranda uideantur, & a ſenſibus auocent. Dicendum illam non eſſe ueram abſtractionem: ſed ſenſuum obſtupefactionē, ut dicit S. Thomas, fit enim abſtractio ex defectu proprię uirtutis. Ideo ea, quæ peculiariter in inconuentibus geruntur, cognoſcere non poſſunt. Cum aliqui ex ingenti timore mente percutiuntur: ob id quę in longinquis regionibus, & opera dæmonū

in q. diſp. q. 13. de rapt.

fiunt,

unt, ſcire minimè poſſunt. Nec male-
cę antequam ecſtaſim patiantur, ali-
uo timore ſunt corruptę, imò hilari-
er expectant talia experiri. Et dęmon
mnia illis lęta procurat. Nec ſuccus
elancholicus mentis raptum in uene
cis aptus eſt facere. Quoniam ad mo-
m tantum humoris a corpore euo-
rentur ueneficæ: & non ad eorum uo
ntatem ſtatutumque conuentibus,
mpus, & omnes malefici eſſent, uel
natura, uel ex accidenti melancoli-
. Quod a ueritate alienum eſſe in alio
pite eſt demonſtratum. Et quamuis
renetici, ac alij delirantes, mẽte mo
ſint. Id eis non accidit ex ſenſuum
ſtractione, ſed ex defectu uirtutis, ut
nſuum potius ſit depreſſio, quam ele-
tio: Præterquāquod phrenetici per-
tuo febriunt, abſurda & inania lo-
untur. Nec quæ in ludis nocturnis
raguntur nequaquam ſcire, ac dice-
poſſunt, Apoplectici motu quidem,
ſenſu deſtituuntur: ſed ut plurimum
tam cum morte commutare ſolent,
l paralytici fieri, nec quicquam ſciũt
referre,

referre, ut etiam de acceſſione non re
cordentur, nec cognoſcant. Venefic
uerò ad libitum ſe abſtrahunt, & poſ
abſtractionem, nullo morbo ſunt cor
repti, & uiribus ſunt ualentibus. Iden
dicendum eſt de aliis affectionibus
Nec a narcoticis medicamentis a ſen
ſibus ſemoueri eſt dicendum: cum ſo
porifera remedia ſenſus hebetent, ſtu
pefaciant, & quandoque auferant; tan
tum abeſt, ut abſtrahant, imò anim
ita eſt conſopita, & ſomno profund
obruta, ut nihil percipere poſſit, ut ex
citati nihil referre ſciant: Si quid enim
eſt, quod obliuionem parere poſſit
ſunt narcotica ipſa medicamenta, qua
& mentis ſtupiditatem quandam fa
ciunt, & homines pallido, ac cineritio
colore infectos. Necnon ex frequen
ti uſu ad lethales cerebri affectiones
deducunt; Cum autem malefici a cor
pore abſtrahantur, frequenter, ſi ex
ſoporiferis fieret mentis eleuatio; mor
boſi fierent, & ex caloris extinctione
citiſſime interirent, cum tamen ex
hiſtoriis cõpertum ſit, hos ſpatio mul-

torum

orum annorum, & quamplures usque ad ultimum senium ad conuentus illos sathanicos spiritu esse delatos? In somno tamen phantasmata ac simulachra illarum rerum, quæ in conuentibus geruntur, a dęmonibus immitti posse ueneficis, & uoluptuosos effectus parere, nō est negandum. Sed altius uocati, uellicati, uel pūcti, a somno illo excitarentur facillimè, nec respiratione sensibili, motuque omni destituerentur, nec ut mortuæ iacerent. Quare necesse est fateri, ueneficos extra se positos esse a caussa non physica. Ecstasis enim ex D. Thoma, aliisque Theologis, est euocatio ab eo, quod est secūdum naturam, in id quod est supra naturam, ui superioris naturæ, quæ superior natura uel est Deus, uel Angelus, aut Dæmon, Deus cōsueuit electos & charos suos a sensibus abstrahere ad aliqua supernaturaliter uidenda, siue imaginaria uisione, ut accidit Danieli, Petro, & Ioanni Euangelistæ: siue intellectuali ad uideudū Deū ipsum per essentiam, ut D. Paulo con-

in q. disp. de rap. q. 12. et in 2. Cor. c. 12.

cessit, siue ad uidendum Deum per aliquas intelligibiles immissiones. Et ita fuit Ecstasis Adæ ut placet D. August. Dęmon etiam, qui semper Dei opera est æmulatus, adnititur & ipse sua mācipia a corpore seducere non ad supra naturaliter uidenda: sed ad ea intelligenda & percipienda, quæ sine abstractione percipere cum uoluptate ac rectè haud possent. In tali uerò mentis excessu animas maleficarum a corporibus separari, & in assumptis felium formis ad conuentus illos accedere, ut rude uulgus existimat, est merum figmentum, & a ueritate fidei nostræ alienum. Anima, enim quę semel è corpore migrauerit, nisi uirtute diuina corpori restitui non potest. Catti uerò, qui uidentur circa eorum corpora sunt dęmones, qui huiusmodi brutorum formas simulant uel astantium corruptæ imaginationi talem figurā imprimunt, ut homines deludant, & in hac hæresi inuoluant, posse ueneficas ad libitum ui quorundam unguētorum, uel ipsius dæmonis, animam suam ponere, & sumere

l. 5. quæs. sup. Gen. 27.

nere. Quod ſi corpore transferri ex
nito fędere iſtę miſerę mulieres ad cõ
uentus illos uellent: prius per biduum
a magiſterulo admonitæ, & hora ſtatu
ta uoce humana uocatæ, abiicientes
ſtatim ueſtimēta omnia, illiniunt totum
corpus ex pinguedine infantum, quos
ob eam cauſſam atrociter iugulant, &
dęmonem in forma hirci obequitãtes
non ſecus ac paleæ turbine quodam
per diuerſa locorum interualla defe-
runtur, donec tandem perductę ad Sa-
thanam, quem ſummam maieſtatem al
to inſidentem ſolio præſeferentem, mi
ſerrimæ, cernuæ, flexis poplitibus ado
rare non uerentur. Diuerſo tamen, quã
nobis conſuetum eſt, ritu, non faciem
ſed terga illi obuertentes, caputq; non
in pectus, ſed in ſcapulas inclinantes.
Quod uel ex eis præſcripta lege, aliter
nõ permittente, ut etiam ex hoc eorũ,
nobis contraria natura innoteſcat, fa-
ciunt: quo ab aliis, diſtincti domini ui-
deantur. Hinc plures uariis rhythmis,
cantilenas altius tum inſtructi, canunt:
diuerſorumque generum pro libitu

choreas a nostris penitus absimiles du-
cunt: fęminæ namque post dorsum ma-
sculis inhęrentes retrocedendo saliũt,
terga dando inclinant, caputque non
ante, sed retro, sic pedem tanta cum a-
gilitate eleuant, ut altiore arte, quæ hu-
manam transcendat, doctæ facilè ui-
deantur. Atque sic saltantes, genioque
indulgentes, multis, lautis, opiparis, &
quibuscunque optatis epulis, eduliisq;
expletæ, fęminæ cum dęmone in for-
ma uiri, uel mares, si adsint, cum eodẽ
in simulata mulieris forma corporum,
scelestas libidines explent. Vt sępe nõ
nullę, quibus auersa placuit uenus, bi-
furcato membro subagitari eodẽ sen-
tiant tempore; post hęc de male gestis
unusquisque reddit rationem : officia
singulis distribuũtur, obstetricibus pre-
cipuè, ut infantes statim natos ante
quam sacro baptismate renascantur,
dęmoni quibusdam cęremoniis adhi-
bitis deuoueant, ut ad opera Sathani-
ca propensiores fiant, & numerus ma-
leficarum augeatur. Cuius rei extat e-
xemplum. Quidam, cum uxori instaret,
tem-

mpus pariendi, nulla autem mulier
ęter filiam ad excipiendum fœtum,
conclaue intromiſſa eſſet, clam quid
tro fieret, rimari cępit. Cum igitur in
ns in lucem neniſſet, uidit filiam ob-
tricem puerulũ execrationibus qui
uſdam adhibitis in oblationem prin
pi dæmonum ad focum tuliſſe, & ad
ci catenam ferream applicaſſe, tunc
m inauditam vidit. Nam puerulus, ne
ine ſuſtentante, aſcendebat ſuper
tenę annulos. Quo pſpecto, tacitus
uamprimum curauit, ut ab eadem fi-
a ad templum infans ferretur, ut ex
aptiſmate renaſceretur. Cum autem
uia pons quidam pertranſeũdus eſ-
t, adductis teſtibus experiri uoluit fi-
ę profeſſionem; Idcirco euaginato
ladio in filiam irruens, pręcepit ut fi-
um deponeret, faceretque ſua arte,
t per ſe ipſum pontem pertranſiret,
ut a dęmone deportaretur in alteram
uminis ripam, quomodo effecerat, ut
uper foci catenam aſcendiſſet, alioqui
ubmerſuram ſe, tunc illam in flumine
roiectam, filia quanquam inſtaret pa

 trem

trem redarguens amentiæ nomine, hi
tamen perterrita conuocato dęmone
puer quamprimum in alteram ripam
est translatus. Puero igitur baptizato
& matre a partu repurgata, pater, con
uocatis testibus rem iudici aperuit.
Qui confestim matrem cum filia ap
prehendi iussit, & ueritate inuenta, u
trasque igni adiudicauit. Maxima ta
men est inter doctores cōtrouersia de
trāslatione ueneficorum per aerem ad
huiusmodi conuentus, quos ludos Dia
næ appellare iam dudum consueuerāt.
Nonnulli enim ex Cęsarei iuris peritis
id a dęmonibus pręstari posse negant,
& maleficarum imaginationem a dę
monibus moueri, & agitari putant, nō
quidem nouam formam in organis im
primendo, sed formas in sensuum in
strumentis receptas localiter, ad uim
apprehensiuam transmutando, ut inde
tales apparitiones, ac uisa in somnis
fiant, quales ab illis desiderantur, & a
dæmonibus inferuntur; Sacri uerò
Theologi in diuersam, ac magis ueri
tati consonam sententiam abierunt,

non

nō modo hominum, ſed quarumlibet
rerum corpora ad quam remotiſſima
loca, breui temporis ſpatio a dęmoni-
bus ferri poſſe. Vt S. Aug. D. Thomas, *l. 1. c. pe. & li. 2. c.*
Ioannes de Turrecremata, S. Bonauen- *1. p. 2. q.*
tura, Syluester Prier. in tract. de ſtrigi- *1. c. 3.*
bus Iacobus ſprenger in Malleo male-
ficarum, Thomas Barbantinus in lib.
de apibus, Alphonſus de Caſtro lib.
de iuſta hęreticorū punitione. Vt mil-
le alios omittam, quibus & celebres
quidam iuris periti adhæſerunt Paulus *Sect. 7. n. 4.*
Grilandus in tract. de ſortilegiis, & alii,
Id quod probandum ſcire expedit,
quod cum ſubſtantiæ ſimplices, quæ
corpora cæleſtia mouent, ſua natura
ipſis cęleſtibus corporibus præſtantio
res ac digniores ſint, nec nō dæmones
communem & eandem naturam cum
aliis ſimplicibus mentibus habeant: a-
pertum relinquitur dæmonibus, quo
ad motum localem uniuerſa corpora
obedire, Quod etiam Theologi ſacri,
S. Auguſt. S. Thomas, & alii affirmant. *l. 3. de tri nit. 1. q.*
Quoniam dęmones naturalia poſt pec *110. art.*
catum nō amiſerunt, ut aſſerit D. Dio- *2. & 3.*
R 4 nyſ.

l. de diu. nom. c. 4. i. 9. 64. art. 1. & 2. d. 7. q. 2. ar. 1. et in qu. de dęmon.

nyſ. & S. Tho. Et ideo tam Angeli, quã dęmones, abſq; ulla difficultate homines deferre in diuerſa loca corporaliter poſſunt. Idq; ea ratione fieri cenſere debemus. Nam dęmonum actio per uirtutem contactus fit, qui contactus per applicationẽ cognitionis rei agendæ, & ipſius actionis, atque efficacem agendi uoluntatẽ perficitur. Vt quãdo dæmon de loco ad locum corpus aliquod transferre uult, uehementi deſiderio conſiderat locum a quo, & ad quem, & etiam corpus transferendum & actionem, quam efficaci uoluntate comprehendens perficere cupit, & illico actio abſoluitur, corpus dęmonis uoluntati, niſi Deus ſecus iubeat, obtemperat, quam ſententiam per rationem a S. Aug. ſumptã corroborare poſſumus, quia idem eſt motus totius & partis, ut Ariſtot. fatetur, ſed dæmones ex diuerſis mundi partibus quædam ſemina colligunt & transferunt, quæ ad certos, & determinatos effectus perficiendos adhibent. Igitur huiuſcemodi effectus, qui uel corpora, uel

lib. 3. de Trin.

l. 3. Phy.

cor-

rporis partes ſunt, ab uno ad alium
cum portare poſſunt. Vt huius
rplexæ dubitationis ueritas habea-
r, cum duorũ temporum diſcrimne
emones cum maleficis conſiderandi
nt. Primo reſpectu poteſtatis, qua
nte Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri ad-
ntum potiebantur: tunc enim non
lum corpora transferre, uerum mul-
maiora, & peiora efficere poterant.
t quo diuinum honorem ſibi uſur-
rent, hominesque ſic deceptos te-
rent; humanum ſanguinem ſibi im-
olari faciebant, quos quidem dęmo
es, Lemures, Lares, Faunos, Satyros,
ruas, Manes, Penates, Nymphas,
ryades, Panes, Syluanos, Fatuos, In-
ibos, Succubos, Pygmeos, Semideos
multis aliis nominibus antiquitas ap
ellabat: tantaque hominum cum dæ-
onibus erat familiaritas, ut binos u-
icuique deputatos arbitrarentur,
uos genios appellabant. A quibus
ona & mala ipſis contingere puta-
ant, laxaſque eis poteſtatis hebenas
eus reliquerat, ut nec ſecus ac equi

alati

alati homines ad longiſſima loca pe
aerem portarent. Vt de Paſete, Exog
no, Circe, Medęa, Canidia, Tyriadat
Apuſcoro, Tarato, & iunumeris alii
ſcriptum inuenimus, qui ueluti uolu
cres dęmonum ope aduolaſſe perhi
bent. Secũdo poſt Saluatoris noſtri a
uentum dęmonũ poteſtas eſt conſide
randa, quæ hoc tempore multo mino
fuit. Quia poſt eius aduentum uetuſta
tis tenebrę ceciderunt. Dum enim i
Aegypto cum Ioſeph & matre fuit, e
temporis ſpatio ſimulachra Deorum
quos gens ſtulta, & errorum plena col
uit, ſua ſponte concidiſſe dicuntur. D
mones enim, ut dicunt Doctores, ant
Chriſti aduentum duplicem manum
habere dicebantur, attrahentem unã
impellentem alteram: Manus attrahẽ
uiros Deo charos ad limbum trahen
di poteſtas erat: Impellens autem era
facultas, quæ homines per innumero
fallendi modos pręcipites dabat; pri
mę manui ob fortitudinem, qua præd
ta erat, nemo reſiſtere poterat, & hęc
domino noſtro penitus amputata fuit,
quia

nia per eius cruciatum Adę peccatũ
eletum est, cęlorumque portę pate-
ctę sunt. Et ille locus, qui Limbus di-
cebatur, destructus est. Manum uerò
npellentem ita strenuam habebat, ut
quisquam uix resistere posset. Et hęc
domino nostro non penitus sublata
t, cum sic expedierit. Verum eneruata
ac debilitata fuit, ita ut palam sacri-
cia & oblationes toto orbe terarum,
olim, non habeant, hominum immo
tiones non fiant, & Idolorum cultus
nostris regionibus, in quibus Chri-
us innotuit, omnino desierit. Fieri ue
huiusmodi asportationes reuera
rediderim, cum maiora mala Deus,
uæ superius recensuimus, iustissimo,
obis uerò occulto iuditio fieri permit
t, ac innocentes etiam inuitos ad ua-
a loca transferri sinit Deus. Vt de
aerulis Guielmus Parisiensis testa- *l. de uni-uerso, p. ult.*
ur, quantò magis scelestos homines,
ui sponte principi tenebrarum deuo-
erunt se, transferri permittet. Oloaus *l. 3. c. 11.*
agnus testatur apud populos Septen
rionales multis in locis huiuscemodi
ludos

ludos, ac conuentus frequentes esse. Et Pomponius Mela in monte Atlantico usitatissimos esse affirmat. Sed quid amplius moror, nonne de hac re habemus quamplurima exempla clarissima, eorum uidelicet, qui tam a bonis, quam a malis angelis per aera fuerunt delati. Et ut a Christo salutis nostræ authore initium sumam, nonne ipse, a tentatore dæmone, supra templi fastigium, ac sublimem montem portandũ se permisit? ut D. Gre. scribit. Quid nonne angelus domini rapuit Philippum, atq; in Azotum transtulit? Idem de Abacuc sacra testatur Historia, quẽ Angelus sui spiritus impetu a Iudea in Babilonem cum alimento portauit ad Danielem, nullaque interposita mora, in locum suum restituit. Simonem magum etiam per aerem sublatum esse artibus magicis, & Petri precatione pręcipitẽ actũ esse, D. Maximus Episco. D. Hieron. S. Linus, & S. Clemens cũ aliis scribũt. Huic exẽplo, non admodũ dissimile est illud, quod Vincentius in speculo historiæ asserit. Angelica nam, foe mi-

l. 25. c. 26.

in Matt. 4. c. 5.

fęminā arte magica illusam à dęmonibus post dura tormēta ad aera cū clamoribus horrendis fuisse raptā; Idē de Hermogene & Phileto in historia. S. Iacobi legitur: qui Hermogenes iussu Apostoli manibus post terga reuinctis, à dęmone ꝑ aerē adducitur. Philostratus de Apollonio Tyaneo scribit, ipsū paucissimis horis ex Aethiopia Romā translatum esse, & aliàs Roma Corinthū, & ex Smirna Ephesum. Idē ēt legimus de Pytagora, qui ex Thuria in Metapontū trāslatus est. Et de Empedocle Agrigēto, Crotonē ad ipsū Pytagorā transfatū; Ambarim quoq; Hyperboreū, ex Taurica Chersoneso, Zenobitā Noruagium rectà sub polū arcticū, a dęmone traductū asseuerant nonnullæ historiæ boreales. In historiis ēt gentiliū ꝓditū est, nōnunquā uisos esse serpētes, dracones, & homines per aera uolantes. Quod ēt uerum esse ꝑ eorū probatur cōuiuia, ad quę annis superiorib. quidā in agro Sabino, sicut refert Paulus Ghirlād. tract. de sortileg. q. 7. n. 25. curiositate magis, q̄ superstitione adductus,

tus, accessit, ut num re uera essent, quæ uxor sua in eodem crimine deprehensa affirmarat, suis ipsius] inspiceret oculis. Hic dæmonum ministerio sub hirci forma uectus, ante tamen unctus pinguedine ea, rem ab vxore sua edoctus, ad locum tandem consuetum peruenit, ubi conuiuiorum ferculorumque apparatus erat, magnopere miratus, miser, unà cum Sathanę mancipiis cũ assedisset mensæ, cibosque omnis generis, at nullo sale conditos degustasset, salem crebro efflagitat: tandemque allatum, quasi admirans, dulce nomen Iesu nuncupando, in caussa fuit, ut cuncti conuiuæ cum toto horum cõuiuio, uel in momento euanescerent. Ille uerò nocturno tẽpore, in profundissimis tenebris, indumẽto quodam horribili, multis milliaribus a domo sua distans, semiuiuum relictum se tandem uidet: diuina tamen uirtute subleuatus, angelorumque adiutus ministerio, biduo post, domum reuersus est, Authorque fuit, ut quamplurimi homines, plures tamen mulieres, quasi ex sinistro latere pro

profectæ, ut nonnulli dicunt, aut ua-
fragilia magis, ut superius diximus
a cum sua coniuge, igne concrema-
ntur. Idé refert Ghirlanda de qua-
m lamia nomine Lucretia a proprio
mone ob auditum sub auroram cā-
nę cuiusdam sonum, deserta ad ripā
uminis a iuuene quodam inuenta.
ui re cognita, etsi miserę silētium pol
itus, iudici tamen rem detulit. Ex
o & ipsa ad supplicium rapta est.
æterum cuncta ea loca, quę Venefi-
e frequentant, cum minimè in omni-
us ob benigniorem cęli influxum, re-
onisque Angeli custodiam, talia ma-
patrare possint, ut plurimum & ferè
mper aliquo insigni facinore, ac pia-
ulo, nobilitata antea fuere, quibus,
uod Angelorum quodammodo desti
antur tutela, magis prȩualent, gau-
entq; horum famosa Nux apud Sam-
ium, Beneuentana Collis in Cana,
ons ac virgo, in Gothia feruntur.
uò omnes strigi magas dæmonum
pera, transuerbi uulgò & testimoniis
uamplurimis creditur. Proinde hæc
negan-

negantes, ſatis errare perſpicuè p
tet.

EX VENEFICIO DAEMONES IMMIT in corpore poſſe. Et quibus de cauſſis, et quo- modo in ipſis inhabitent. Cap. IX.

DAemones multis modis h
mines cęteraque animāt
lędere ac uexare poſſe c
pertum eſt. Non enim b
na reſque omnes externas tantumm
do peſſundant, ac euertunt, ſed & u
riis grauiſſimiſque malis eorum corp
ra afficiunt, ac miſerimè torquent: V
riiſque deliramentis deſipientiiſq
animos implicant, ac infatuant. P
breuiſſimum etiam temporis ſpatiu
diuerſa tentamenta tum exterius, tu
interius inferre conantur. Semper d
ceptionum ſuarum laqueis nos irrit
re ſatagunt. Inter alia uerò mala, q
infligere poſſunt, illud uidetur potiſ
mum cum in corpora humana illabu
tar, eo enim pacto miſerandū in m
dum carnem contaminant Dominu
aſper-

ſpernantur, diuinamq; execrãtur maieſtatem, ſpiritus cerebri uitiant, corporis actiones uel impediunt, aut lędunt, ut his obnoxia corpora facilè ex occulorum cęterarumq; partium diſtorſionibus, rigoribuſq; ab alijs diſcernantur. Cum itaq; dęmones nullo interpellante per ſe multa inferre mala, & ſciant, & poſſint. quanto magis ea et agitantibus maleficis libentius præbunt. Cum cooperantibus ueneficis magis Maieſtas diuina offendatur, ac maior facultas in homines ſeruiendi ipſis concedatur. Non enim amittunt uim, uocati. Sed magis excitãtur. Hinc ſt quod impij hi malefici Deo permittente nonnunquam Dęmones in corpora immittere poſſint, ex pactis initis inter ipſos. Ac Sathan, ſicut Doctores quidem, ac ſacrę Theologiæ profeſſores teſtantur nonnullis exemplis rem probantes, cum antem dæmones intra corpora illabuntur, ſpiritus aliquis externus, cum ipſis intromittitur ex cuiuſdam docti uiri ſententia, cuius motu organa quædam mouentur cor-

poris, præter obſeſſi uoluntatem, ita enim dęmoniaci nonnunquam loquū-tur non proprios conceptus; ſed dęmo-nis, quod etiam percipiunt, & referre ſciunt, & motus alios pręſtant, ut in cō-uulſionibus, palpitationibus, cæteriſq; huiuſcemodi motibus contingit, ob cauſſam inuoluntariè mouentem: Qua uerò ratione plures ſpiritus in eodem eſſe poſſint, immo innumerabiles, ut dęmonum legio inhabitare aliquando dicatur, non leuis eſt dubitatio, nam in animæ ſede minimè eſſe poſſunt, quia in ſpiritu animato plures animæ ineſſe non poſſunt, quamnis plures ſint eius potentiæ, nam ut dicunt ſacri Theolo-gi, dęmon ſubſtantialiter animam non poteſt inhabitare, ſed ſolus Deus illa-bitur menti, inhabitat uerò in corpore non ſecundum tamen eius eſſentiam ſed ſecundum quantitatem, quia ſi in corporis eſſentia illaberetur, eſſet uel illius pars, uel uirtus, pars eſſe non po-teſt, quia corporis & dæmonis uaria eſt eſſentia, non uirtus quaſi dans eſſe quia ſuum eſſe habet per creationem

a Deo,

Deo, ideò & ipſe ſolus habet intrin-
ſecam eſſentiæ operationem,& conſer
uationem quamdiu placuerit ſuæ pie-
tati conſeruare,qn̄ itaq; dęmones ope
ratur circa corpus & partes eius,ſuper
terminos uidelicet quãtitatis & quanti
tatiuas potentias exercent ſuam uim,
hatitant uerò plerumque circa articu-
los,aut in ſpatiis inanibus,quę intra cu
tem ſunt,& uexant,aut neros petendo,
uel cerebrum,uel partes ſentientes, ut
uentriculum,& cætera huiuſmodi,nō-
nunquam uerò inhabitant corpora, &
diu etiam ſine ulla corporis obſeſſi læ-
ſione,& hoc pluribus de cauſis:plures
igitur ac innumeros ſpiritus malos in
animalis corpore inhabitare ratione
dicta, non eſt abſurdum: Et quamuis
plures ſint cauſſæ, ob quas Deus per-
mittit dæmones corpora hominū ob-
ſidere, duæ tamen uel tres ſunt potio-
res,quarum prima eſt,vt in iuſtis ac ſā-
ctis hominibus ex tali uexatione meri
torum cumulus augeatur,altera eſt, ut
ulciſcatur Deus peccati modo capita-
lis, modo uenialis ab energumeno,uel

ab aliis patrati, vel etiam, ut sic Dei glo ria, & immensa eius bonitas magis innotescat, ut de cęco nato Christus dixit, quarum caussarum uaria exempla Prierius, & Sprenger referunt, quę breuitati consulens, omitto.

DAEMONES PER INCVBVM & Succubum uenerea cum hominibus tractare, sobolem procreare, quibusdam fictis corporibus, & qua ratione differat morbus Incubus ab Incubo Dæmonio.

Cap. X.

CVm dæmones sint substantię spirituales carnibus, sanguine, membrisque corporeis careant, uoluptatibus venereis minimè potiri possunt, nihilominus ut homines ad libidinem carnisque illecebras satis pronos ad interitum ęternum ducant, eos fœdis, ac tetris congressibus polluere nitũtur, corpora enim quędam ficta ex aeris substantia terreisque ac crassis uaporibus compacta assumentes, nunc specie ma

sculi

buli incumbunt mulieribus, modo ſpe
ie fœminę ſuccumbunt maſculis, pro
genda re uenerea. Ea propter Incubi
Succubi appellantur, quales apud
oetas, Fauni, Syluani, Satyri, ac Nym
hę traduntur, ex quorum nefandis cō
reſſibus, proles etiam nonnunquam
ęmonia progignitur. Qui Incubi &
uccubi uenerea tractantes, quamuis
iſibili & tangibili corpore conſtent,
er ſe quidem prolem gignere nō poſ-
int, cum anima careant uegetatiua,
c naturali corpore, ſed ſemen iaculāt
liunde collectum, ut ex hominibus,
ui in ſomnis polluuntur, uel impia
uadam ratione manibus ipſum excer
unt, & hoc cum ut plurimum maiori
um oblectamento, quam in ſomnis
efluat, magis prolificum eſſe poteſt,
ut dęmones ſub ſpecie mulierum ho
ninibus ſuccumbentes, eorum ſemen
ecipiunt, & fauent, quem poſtea in u-
erum mulierum emittunt, quibus in
orma uirorum incumbunt, quod ſi ſe-
nen ſit prolificum, ſuamque innatam
aliditatem, ac qualitatem retineat,

quod dæmon poteſt facere, tum uelo
citate motus, tum adhibitis aliquibu
In q. diſp. q. 6. de miracui. ar. 8. fomentis, ut ſcribit S. Doctor, uteruſc
mulieris ſit bene diſpoſitus, necno
mulier annuat dæmoni ad concipien
dum, aliquãdo grauida efficitur, & ha
ratione Gigantes natos eſſe multi ar
bitrantur, ſic Heroes ex Iouis ac reli
quorum deorum concubitu cum mu
lieribus natum perhibent: Aeneam e
Venere, & Anchiſe, Bacchum ex Ioue
& Semele, ex Marte, Romulum, totq
alios antiquorum Heroes ſexcentos
retinent enim hi uim dæmoniam ma
gis quàm cęteri. Huius rei gratia mu
lieres maximè ſtimulãtur a dęmone, u
incubo utantur, & commercia cum eo
magna ex parte ex amore duxerunt
Hinc nomen Heroum ab amore dictũ
qui Heros dicitur, hunc etiam in modi
ortum eſſe Alexandrum tradunt, Iapo
nii ſuum Zacam, pluresque præterea
qui Idolatriæ ac hæreſum auctores fu
re, ut & Lutherum Hæreſiarcham, a
Mahumethum, ſic etiam Merlinum Br
tannicum Necromãtię maximum pro
feſſorem

eſſorem,fuiſſe genitos,nonnulli teſtã-
ur, qui tamen falsò filius dæmonis di-
cebatur, cum ex ſemine alicuius homi *l.2.colle.*
nis dęmonis opera fuerit procreatuș. *cap.10*
Si uerum eſt quod Auerroes ſcriptum
eliquit,mulierem ſine uiro concipere
poſſe, dummodo illius uterus ſemen
liqua ratione attrahere poſſit, ut pro-
bare nititur exemplo cuiuſdam mulie-
ris,quæ in balneo conceperat ſine uiri
concubitu, in quod balneum ſperma
uiri proiectum fuerat ; & hoc ratione
attractricis facultatis uteri,in quã Aue *lib.30.in*
rois ſententiam uidetur & Plin. pedi- *fine.*
bus ire, qui non abſimilẽ narrat hiſto *l.36.ca.*
riam,hiſce uerbis.Tarquinio priſco re *27.*
gnante tradunt, repente in eius foco
apparuiſſe genitale è cinere maſculini
ſextus,eamque,quæ inſederat, ibi Ta-
naquillis reginæ ancillam Ocriſiã cap-
tiuam conſurrexiſſe grauidam.Si itaq;
mulier ſine uiro cõcipere poteſt,quan
to magis dæmonis opera & arte, qui
ſua ſagacitate, & ui,nouit ſemen rece-
ptum in ſua naturali diſpoſitione con-
ſeruare,ne ab aere extrinſeco quidquã

alteretur,aggrediēs mulierem ſub ſpecie uiri, ac pertractando ſenſibiliter & etiam cum maiori oblectamēto pudendum illius quàm homines cōſueuerint,ac in illud ſemen immittendo prolem ſuſcipere poterit,& quamuis nonnulli philoſophi exiſtimāt Incubos, & Succubos eſſe falſas imaginationes,& ſomnia dormientium hominū, qui admodum ad libidinem ſunt proni, decipiuntur tamen, & contradicunt authoritati Theologorū, necnō experimēto ipſi, cui innixi multi doctiſſimi uiri id faſſi ſunt,ſexto enim Geneſeos legitur; Videntes filii Dei filias hominū,vbi interpres linguæ ſecretioni, qui Gloſſa appellatur,ait,non eſt incredibile non ab hominibus ſed a quibuſdam dæmonibus, qui mulieribus ſunt improbi eiuſmodi homines, ideſt, Gigantes eſſe procreatos,de quibus eodē in loco legitur,Gigantes autem erāt ſuper terrā, qui cum eſſent fortiores,& maiores cæteris, ex tali dęmoniaco congreſſu genitos eſſe credēdum eſt,nam ut ſcribit. D.Tho. ex hac uia homines fortiores

Inq.diſp. q.6 dæmi rac.ar.9.

gene-

enerari, & maiores, quia dæmones
olẽtes in ſuis effectibus mirabiles ui-
eri, obſeruãdo determinatũ ſitũ ſtel-
rũ, & uiri, ac mulieris diſpoſitionem,
oſſunt ad hoc cooperari, & præcipuè
ſemina, quibus utuntur ſicut inſtru-
ientis per talẽ uſum aliquod augmẽ-
i uirtutis cõſequat̃, p̃terea Iſaias Pro-
heta deſertionẽ Babilonis p̃dicens, &
iõſtra in ea habitãda, habitabunt, in-
t, ſtrutiones & piloſi ibi ſaltabũt, gloſ
i interpratatur uerbũ piloſos, Sylue-
res homines, hiſpidos, qui Incubi uel
atyri certa genera dæmonum ſunt,
dẽ Propheta deſolationẽ terrę Idumo
um, qui proſequebantur Iudęos, præ-
licens, ait, erit cubile draconum, & pa-
cua Strutionum, & occurrent dęmo-
ia, gloſſa interlinearis, interpretatur:
nonſtra dæmonũ ad inuicem, & S. Iſi-
dorus, piloſi Gręcè Pani, Latinè Incubi
ppellantur, undè & Incubi dicuntur
b incubando, hoc eſt ſtuprando, ſæpe
nim improbi exiſtunt, & mulieri-
bus, & earũ peragũt cõcubitum, quos
dęmones Galli Duſios nũcupant, quia *l. 8. Ethi. cap. ult.*
aſſiduè

assiduè hanc peragunt immunditiam quem autem uulgo Incubonē uocant hunc Romani Faunum ficarium dicũ ad quem Horatius dixit.

Faune Nympharum fugientium amator
Per meos fines, & aprica rura lenis in
cedas.

li. 15. de Ciuit. Dei cap. 23

S. Augustinus, impudentiæ uitio eo arguit, qui concubitus hos dæmonio refellunt, scribit enim: & quoniam creberima fama est, multi que se esse expertos, uel ab eis, qui experti essent, de quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant, Syluanos, & Faunos, quos uulgò Incubos uocant, improbos sæpè extitisse mulieribus, & earum appetisse, & peregisse concubitum, & quosdam dęmones, quos Galli Dusios nuncupant, hanc assiduè immũditiam & tentare & efficere, ut hoc negare impudentię esse uideatur, huius sanctissimi, ac doctissimi uiri sententiæ omnes Theologi, ac iuris Pontificii periti subscripserunt S. Thomas 1. parte, q. 25.

l. 12. Aenoidos.

& in

ic in ſecundo ſcripto diſtin. 8. & quolibet. 6. qu. 10. aliiſque in locis. S. Bonauentura in 2. Sent. diſt. 8. q. 11. ar. 2. Scotus eodem libro, diſt. 7. qu. unica, Richardus diſt. 8. q. 6. Henricus, Inſtitor, Syluester Prierates, & Iacobus Sprenger, in ſuis tractatibus, in quibus rem hanc multis exemplis illuſtrarunt, eapropter Incubus Theologorum ualde differt ab Incubo Medicorum, unus.n. eſt effectus dęmonum, qui ex minimis, infimæque ſortis angelis malis ſunt, alter uero crapulæ, & cruditatum ſoboles, ſed propter ſimilitudinem, quã ſortiti ſunt, eodem etiam nomine ſunt inſigniti, Incubus medicorum, & incubo a Latinis, a Græcis uerò Ephialtes dictus, & quē Plin. nocturna ludibria, ſeu nocturnas ſuppreſſiones appellat, nil aliud eſt, quam grauis corporis oppreſſio, & ſuffocatio quędã, reſpirationē, motũq; offendēs, necnõ uocē intercipiens, & ſomni initio, ex uaporibus craſſis, ac frigidis ſurſum elatis inuadens, quem morbum Virgilius perbellè deſcripſit his carminibus.

Ac

Ac ueluti in somnis oculos ubi languida pressit
Nocte quies: ne quicquã auidos extẽdere cursu
Velle uidemur, & in medijs conatibus ægri,
Succidimus: non lingua ualet, non corpore notæ
Sufficiunt uires, nec uox, aut uerba sequuntur:

Incubus verò Theologorum est pe... mon concumbens in specie humana cum aliqua fœmina, dicitur in cubus à medicis, quod hi, qui in hac affectione constituti sunt, aliquem sibi insilire, & incumbere imaginantur, ideo Themison Pingalionem, idest suffocatorem appellauit, & quoniam hoc m. rbo detenti imaginantur ab aliquo premi, & superequitari, & fœminæ prauæ re uera à dęmone inequitantur, iure optimo factum est, vt & affectio ista, & dęmon fuerit Incubus appellatus, ille tamen insidet cum molestia, & discrimine corporis, iste uerò cum oblectatione, & manifesto animæ detrimento. Non defuere tamẽ, qui arbitrati sint, hunc morbum nomen sumpsisse à quodam viro hunc morbum pati solito, quem Incubonem nominabant, cuius natura erat post epulas perpetuo dormire ad accipien-

pienda responsa, cuius etiam meminit Virgilius dicens. *l.7. Aen.*

Pellibus Incubuit stratis, somnosque petiuit.
Multa modis simulachra uidet uolitãtia miris,
Et uarias audit uoces, fruiturque Deorum
Colloquio, atq; imis Acheronta affatur auernis.

Vulgares homines & præsertim mulieres, arbitrantur Incubum esse dęmonem, quem folletum nuncupant nocte ambulantem, qui dormientes inuadat, & opprimat, ita ut moueri non possint, quod etiam uerum esse quidam recentior scriptor asserit, & in in se ipso, ac in alijs expertum esse testatur, in his præcipuè locis, in quibus hab.itare huiusmodi dæmones creditur. Nefario etiam congresu dęmones nonnunquã inuitis quibusdam fęmellis stuprũ violentum inferre cõsueuerunt, ut ijs, quæ impuris cogitationibus in mente locum dant, & indulgent, exterioribusque gestibus tandem produnt in varias formas, concinandis comis omne studium ponentes, in exornando corpore,

corpore, faciemq; fucando & superci-
lia varijs modis componentes, & quã-
to magis hoc modo comptæ, & fucatę
in publicum prodeuntęs alios ad sui
amorem allicere student, tanto potius
hæc dira spectra dęmonum in pęnam,
sibi attrahunt. Quamuis etiam permit-
tat Deus, aliquos sanctitate cõspicuos,
ab incubis & succubis agitari, quibus
ipsi strenuè renuentes, & alacriter obsi-
stentes, eorum probitas, & morum in-
tegritas patefiat, & vberius etiam prę-
mijs afficiantur, sicut de nonnullis san-
ctis legimus.

ALIQVOS ARTE DAEMONVM thesauros, furta, ac amissa indicare, præterita ac futura, prædicere, & agenda, an bona, uel mala, sint, dicere.
Cap. XI.



On desunt ex horum uene-
ficorum secta, qui occulto-
rum manifestationem pol-
licentur, thesauros in terra
absconditos, furta, resq; amissas indi-
care, & quascunq; vitæ actiones cum

præ-

ræteritas, tum futuras, nosse. At cum
n arte magica semper adsit aliqua dę
monis deceptio, & illusio, maximè in
is sese ostendit. Quot enim thesauros
bsconditos per magicam facultatem
ndagere tentarunt, & multa perpessi
int, & tandem rei difficultate, uicti ab
pere, cessare sunt coacti, & fine exo-
tato frustrati. Qui autē furta, & amis-
a eadem arte inueniunt, vario supersti
onis modo id præstāt. Nam alij aqua
tuntur, alij christallo, alij ungue, &
lij alijs corporibus, n quibus accersi-
o dęmone, puerum aut puellam impu
erem aduocant, ut inspiciat, intuetur
utem ueluti in speculo, omnia quęcū
que gesta fuerint circa res, quas que-
unt, sępe & vocem audiunt loquentē,
quæ reliqui astantes neq; uidere, neq;
udire possunt: Alij annulo indutum
dęmonem gerunt, uel in vngue, quam-
uis uerè non sit inclusus ibi dęmon, si-
mulat tamen se inclusum esse, cum ex
annullo uel ungue uocatus præsto sit
uenefico, quo dęmon res, quas cupiūt
manifestat. Hoc modo apud exteras
natio-

nationes, ſtatuas, ac idola reſponſa dedisse, & Apollinis oracula, quæ ſcribuntur, reddita fuiſſe, putandum eſt. Sunt qui conſcriptis ſine præmeditatione punctis, figuras eliciunt, ex quibus iudicant de agendis, bona uel mala ſint. Alii conſcriptos de bona, uel mala fortuna libros, conſulunt, fortuito in libelli particulam incidentes, in qua explicatur, quod quęritur. Sed hęc ut plurimum apud cęteros vana reperiuntur, uera autem apud eos, quibus dæmon cooperatur. Tametſi humanarum actionum, quæ ſuſcipienda ſunt, certum iudicium nec dæmonibus conceſſum ſit.

PLVVIAM, GRANDINEM, TONITRVA, ac fulmina ueneficos posse concitare, alienas fruges pessundare, uel aliò transferre, sagittis quoscunque uelint interimere, seipsos inuulnerabiles reddere, uel arma inuicta facere, sibique & alijs carceribus constrictis taciturnitatem imperare. Cap. XII.



Vamuis hæc inferiora generabilia & corruptibilia Angelis, siue bonis, siue malis, ad formarum substantialiũ susceptionem non subiiciantur, sed dũtaxat Deo illarum Creatori, quo tamẽ ad motum localem spectant, ipsis, & ad formarum susceptionem, quæ ex motu locali sequuntur, obtemperant, adeo quæcunque ex locali corporum motu fieri possunt, eadem met quisque Angelus, etiam malus, sua naturali uirtute efficere potest, annuente Deo, sed cum uentus, pluuia, grando, fulmen, & aliæ aeris impressiones solo uaporum motu, qui ex aqua & terra attrahuntur, fieri possint, sequitur ut ad hæc excitanda, sola dæmonum uirtus sit satis, quod apertis etiam uerbis

In com. Iob. D. Thomas fatetur, dęmonē aeris perturbationem, uentos, & è cęlo casum posse inducere, quemadmodum enim animus humanus se habet ad corpus sibi unitum mouendum, ità spiritus illi tanquam nobiliores, & eleuatiores, ad omnia inferiora corpora mouenda se habent, ut S. Augu. ac cæteri Ecclesiæ *in lib. 3. de Trin.* Doctores sentiunt, nisi quod totā terrā mouere, aut a suis locis elementa extrahere nō possunt, cum naturæ ordinem destruere nequeant: at domum, montem, turrim, syluam, facillimè mouere possunt. Quod si dæmones, imperante uel permittēte Deo hęc efficere possunt, quanto libentius a Veneficis uocati, & requisiti omnia dicta, & alia, in perniciem, ac detrimentum hominum excitabunt, hoc enim maximopere dæmones optant, ut mediis his inuocationibus, ac malis, diuina lędatur Maiestas, & ad ultionem irritetur, & hinc ipsis maior facultas ueneficos puniendi tribuatur. Manifestum uerò est ex maleficorum libidine pluuias, grandines, & flumina, in hæc inferiora immitti, quæ

i, quæ in mortalium ac ſegetum exitium cadunt; nam in Cõſtantienſi Dioceſi, cum grando quædam ſęuiſſima cecidiſſet, quę & ſegetes, & uineas contriuerat, in multam regionis amplitudinẽ quemadmodum fuit illa, quæ annis ſuperioribus demiſſa eſt in potiorem Flaminę partem, & prę ſertim in agrũ Imolenſe cum huius, aliarumque Ciuitatũ ingenti iactura, ſuſpectę quędam maleficæ captæ ſunt, quarum duæ faſſę ſunt ſua opera id contigiſſe, ſed ſeorſum altera alterius nequaquam conſcia, nam altera earum de modo interrogata, reſpondit, Dæmonem ſibi familiarem apparuiſſe, & imperaſſe, ut aquę parũ extra oppidum ferret, quia pluuias cõcitare uellet, tuliſſe igitur ſe quamprimum aquam ad locum ſibi deſignatũ, ibique reperiſſe dæmonem ſub arbore ſtantem, qui præcepit effodi paruam foueam, & in eam aquam effundi, & digitum intromitti more ſolito uerbis adhibitis quibuſdam, quo facto cõfeſtim aquam in ſublime cum dæmone elatã fuiſſe, & aerem turbatum, & non mul-

to poſt grandinem cecidiſſe: interroga-ta autem, utrum aliæ mulieres huic o-perationi interfuiſſent, uidiſſe quidem ſe alteram ab altera parte arboris ſtan-tem, ſed cuius rei gratia ignorare. De iiſdem igitur altera a priori nominata, cum interrogaretur, eadem reſpondit, idcirco utraque non ſolum propter hæc, ſed multa alia facinora, igni ſunt adiudicatæ; ſed mirum magis eſt, quod in Suetiæ partibus contigiſſe perſpi-cuum eſt, puellam octo annorum na-tam, cum a patre, qui uillicus erat ad uiſendos agros manu duceretur, con-queſtus eſt de nimia temporum ſicci-tate, dixit puella, ſe cito concitaturam pluuiam, ſi ea opus eſſet, admiratus pa-ter interrogauit, utrum id facere ſci-ret, annuit ipſa, non ſolum pluuias, ſed & grandines cum libuiſſet. Iterum interrogata unde didiciſſet, reſpondit ex ſua matre, magiſtros autem horum præſto eſſe quandocunque uellent. Vt igitur experimento certior fieret, an puella uera naraſſet, pręcepit, ut pluuiam accerſiret ſuper agrum ſuum

ad id puella, ait, opus esse aquæ modico, cum igitur ad riuulum quendam proximum duxisset, puella iuxta doctrinam matris, aquam digito commouit in nomine dæmonis, hinc turbatus est aer, & pluuia descendit, ut prædixerat, præcepit iterum pater, ut grandinem accerſiret ſuper agrum quendam ſolum, quod cum puella pręſtitiſſet, pater rem iudici communicauit, uxorem accuſans, qua capta, & igni tradita, filia uero eccleſiæ reconciliata, Deoque dicata, ea amplius efficere non potuit. Pontanus teſtatur, quod cum Galli in Arunca ditionis Neapolitanæ ab Hiſpanis obſidione tenerentur, & ob inopiam aquarum ex ingenti ſiccitate ad extremum eſſent redacti; quidam ſceleſti malefici reperti ſunt, qui ſacratiſſimam crucifixi imaginem noctu per uias publicas trahentes, ac mille improperiis, ac maledictis afficientes, eam in mare proiecerunt, & poſt nonnulla excantamina, ac deteſtabiles blaſphemias, exorta eſt pluuia ita grandis,

ut diluuio ſimilis eſſet, ex quo Hiſpani coacti ſũt recedere. Quod uero poſſint Venefici iſti nonnunquam alienos fructus ac ſegetes diripere & alio trahere, hoc non nouum eſt dictu: nam in Decemuiralibus tabulis apud ueteres Sancitum fuit, eos capitis reos fore, qui alienas ſegetes excantaſſent, aut ullis ueneficiis & carminibus pellicere auſi eſſent; ita enim in his relatum eſt. Ne pelliciunto alienas ſegetes excantando. Ne incantanto, ne agrum defraudanto, hac de cauſſa Furnius in iudicium uocatus a Spurio Albino, qui cũ non haberet, unde ſe poſſet ab hac calumnia uindicare, eo quod ſemper illius fructus erant, quam aliorum uberiores, Boues, aratra, currus, & ſeruos in frequentem Senatum adduci iuſſit, aſſerens ſe nulla alia excantamina habere, quam iſta, & abſolutus eſt, ſic Titus Liuius teſtatur, quamuis Plinius hoc C. Iulio Creſino accidiſſe ſcribat, qui Plinius alibi portentum ac prodigium maximum ſuo tempore accidiſſe ſcribit uniuerſam, ſcilicet lio-

liuetum, in agro Marrucino Vectij Marcelli, uiam publicam transgressum, atque ipsa prædia ex loco in cõtrarias sedes profecta esse. Reperti sũt quidam homines, qui non solum grandines, sed & fulmina concitabant, non tamen lædere posse fatebantur quoscunque uellent, sed solummodo Dei fauore destitutos. Modus erat iste: in campis principem dęmonum inuocabant, orabantque, ut aliquem ex suis mitteret, qui designatum a seipsis fulmine percuteret, cui postea in biuio pullum nigrum immolabant, & in aerem proiiciebant, quem cum dęmon assumpsisset, procellam acerimam concitabat cum fulmine, quod tamẽ rarò in designatum cadebat. Omnium uerò atrocissimus est modus, quo efficiunt, ut iacula a se proiecta infigantur quibus uoluerint, etiam si in abscondito delituerint loco, dummodo antea uisi fuerint. Tot autem singulis diebus hoc modo interficere posse testantur, quot ictus ab initio direxissent, cum execrabile facinus molirentur: iidem balistis,

aut aliis bellicis inſtrumentis attinge-
re poſſunt minimum quodcunque ſi-
gnum,ut experimento compertum eſt
apud quoſdã Germanię principes, qui
iis in bello utebantur; Cum enim ca-
ſtrum quoddam obſideretur,quidã ex
iis celeber, ſingulis diebus ternos ho-
mines transfixurũ eſſe promiſſerat ſuis
iaculis,nã poſt tres iactus non amplius
pręſtare poſſe,quam cęteri milites.Bre
ui autem tempore effecit, ut caſtrum
deſolaretur, unde direptum eſt. Idem
iuſſu cuiuſdam Magnatis coactus eſt
ſagittam dirigere in paruum quod-
dam ſignum capiti proprii filii impo-
ſitum, ut illud amoueret intacto filio,
quod & magna aſtantium admiratio-
ne effecit. Miraculo autem quodam
repertum eſt huius tanti ſceleris ne-
fandiſſimum principium, quidam e-
nim ex iis cum ſanctiſſimam Salua-
toris noſtri imaginẽ ſuis ſagittis trãſ-
figeret, miraculo ſanguis exiit è uul-
nere,quo uiſo immobilis redditur mi-
ſer, pedem ex eo loco auellere non
potens, cumque a prętereuntibus in

hoc

hoc ſtatu repertus eſſet, in biuio enim
erat, ubi ſacellum fuerat conſtructum:
res prȩſidi denunciatur, cuius iuſſu
fertur in carcerem, & ratione patefa-
cta, ſupplicio traditur. Simile flagi-
tium eorum eſt, qui iiſdem imagini-
bus utuntur, ut ſeipſos inuulnerabiles
præſtent, aut armaturas impenetra-
biles, quam enim imaginis partem
abſtulerint, & contriuerint, ſimilem
ſui corporis partem promittente dȩ-
mone inuulnerabilem reddunt: ſunt
tamen & alii modi per carmina & ſi-
gna geſtata: Nonnulli horum improbo
rum hominum non uerentur multa fla
gitia clandeſtinè committere, cum ta-
citurnitate ſeipſos, ne tormentis ex-
poſiti facinora ſua detegant, munire
arte Sathanica didicerint, immo iactēt
ſe etiam grauiſſima tormenta ipſis in-
flicta a iudicibus necquiquam perci-
pere, ideo in grauibus delictis cum iu-
dices ſuſpicantur de maleficio tacitur-
nitatis, captos nouacula abradere, ca-
pillos tōdere, & oīa illorū cooperimē-
ta auferri iubēt, imo clyſteres ēt acres
non-

nonnunquam imponunt, ut ſi uene-
cii inſtrumentum in inteſtina eſſet in-
iectum, eximatur clyſtere. Domitian-
Imperatorem cum uinctum in carcer-
bus haberet Apollonium Thianæum
illum exui, & in totum abradi iuſiſſ-
tradit Philoſtrates: & hęc non ſolum
in ſeipſis, quādo opus eſt, experiũtur
uerumetiam & aliis facinoroſis homi-
nibus pro criminibus detentis, tacitu-
nitatem inferre ſciunt, ut ſua ſcelera u-
delicet detegere ui tormentorum ne-
quaquam poſſint. Si itaque quiſ-
que a capite definitionis ue-
neficij cętera tradita
animaduertit, in
his ſingulas
defini-
tionis particulas explicatas
eſſe, cognoſcet, & hu-
cuſq; rei propo-
ſitæ actum
eſſe.

QVI-

QVIBVS SIGNIS VENEFICIO AFFECTI ac Dæmoniaci dignoscantur. Cap. XIII.



ETsi de quamplurimis ueneficorum effectibus uerba feci, cum tamē de morbis ab ipsis illatis dęmonum ope, potissimum agere instituerim, inutilis profecto esset susceptus labor, nisi signa, quibus cognoscuntur hi morbi, scriptis traderem, nam profligari ac repelli nequaquam possunt, nisi perspecti sint, quod ego eo libentius præstare conabor, quod uideam tot doctissimos uiros, qui de ueneficiis luculenter egerunt, hanc partem intactam reliquisse, & annis elapsis mihi contigerit, multos ueneficio affectos uidere & curare, & cum quodam peritissimo exorcista sępius uerba facere, prę-ter igitur notas a Sacerdotali Romano traditas, & ab hominibus neotericis de uerbo ad uerbum receptas, mul tas alias, quę egomet obseruaui, & ab exorcista illo didici, tradam, ad duo præcipue capita illas referens, aliæ

enim erunt communes,& aliæ partic
lares,& rurſus communes, alię erũt v
neficio affectorũ, aliæ uerò à dęmon
obſeſſorum. Signa ergo communia v
neficio affectis, erunt, quod morbi e
maleficio illati difficilimè cognoſcun
tur,ita ut medici hæſitent, huc, illucu
impellantur animo, nec certi quicqu
de ipſis proferre audeant, & quamui
multa remedia ex arte adhibeantur, t
tũ abeſt,ut profligentur, ſeu imminuã
tur, vt potius magis exacerbentur, &
indies augeãtur, præter naturalis mor
bi ſenſim ut plurimum uires acquirũt
donec ad ſtatum perueniant, adeo u
incipiẽtes vix ſenſu percipiatur noxa
uel dolor aliquis, huius tamẽ oppoſiti
morbis à dęmone illatis uſu uenit, cum
frequenter ſtatim ab initio nullis pec
cantibus humoribus in cauſa exiſtent
bus, eiuſmodi morbi cum grauiſſimi
ſymptomatibus ac doloribus ſe pro
dãt, inconſtantes ſint, etſi periodicorũ
naturã referãt, rarò tamẽ periodos ſer
uãt, uidentur ſimiles pręternaturalib.
morbis, in aliquibus tamen differunt,
ſi rectè

rectè conſiderentur, multoties eiuſ-
modi ægrotantes dolent, & in qua par-
te doleant, proferre neſciunt, quamplu
res ſuſpiria, etiam luctuoſa appellata,
frequenter emittere abſq; manifeſta
cauſſa, experientia didici, aliquibus
appetitus deijcitur, alij cibos reuo-
munt, & uentriculum ità male affectũ
habent, ut & ſępius adſtrictione labo-
rent, uel etiam pondus quoddam in ip-
ſo, necnon rem quandam per ęſopha
gum, modo aſcendere, & modo deſcẽ-
dere, percipiant, etſi in ſuperiorem par
tem elatum deglutire conentur, omnẽ
laborem effundunt, cum ipſe poſtea
ſponte deſiliat, in regione cordis pun
ctiones quaſdam, ſeu dolorem puncto
rium patiuntur, & ipſum aliquando la
cerari aſſerunt. In quibuſdam circa col-
lum arterias manifeſtè pulſare depre-
henditur, ut tremore etiam affici uideã
tur. Alij ſęuo ipſius colli, ſeu renum
dolore afficiuntur, uel circa uentrem
inferiorem torſiones acerbiſſimas, &
ſępe flatum quendam frigidiſſimum
per uentrẽ permeantẽ cito euaneſcen

tem

tem,& cito etiam redeuntem,uel uap
rem uti flammam ignis calidissimum
mili modo eos infestantem percipiun
Quidam ueneris impotentes reddun
tur, Consueuere alii sudoribus quibu
dam leuibus præcipuè circa noctē co
ripi, quamuis etiam temporis constit
tio frigida uigeat, Alij particulas cor
poris ueluti nexibus sedeligatas hab
re uidētur,& multa alia insolita Sym
ptomata,ac morbi obseruantur qui fo
tassè adhuc in arte medica ignorantur
Morbi uerò,quibus ut plurimum lab
rare huiusmodi ęgrotantes cōsueuere
sūt,totius quędā corpis emaciatio se
extenuatio , uirium imbecillitas cum
summo languore,mentis quædam stu
piditas , uaria melancolica deliria , di
uersa febrium genera, quæ medici
multum negotijs facescunt motus qui
dam conuulsiui, ut Epipletici uidean
tur,membrorum rigiditas speciem co
uulsionis prese ferens, quorum caussa
medici modo cerebri uitio, modo ua
poribus à ventriculo,vel ab utero, lum
bricisue elatis, ascribunt, aliquando

omnes

mnes capitis partes tumore afficiun-
ır,aut talem circa totum corpus laſſi-
idinem percipiunt,ut uix,uel nullo pa
to moueri poſſint , ut plurimum tota
utis,ſed prẹſertim faciei, flauo ſeu ci-
ino colore ſuffunditur. Aliqui habẽt
culorum palpebras ita adſtrictas , ut
as uix aperire poſſint , oculi ſunt per
ıcidi,& transparentes,uti ſunt Cerco
ithecorum oculi;& nonnunquã quæ-
am ſpectra, uel nubeculam inſpicere
identur , & nonnulli toruè ıntuen-
ır:eſt tamen animaduerſione dignum
on eſſe neceſſarium , ut omnia relata
gna in hiſce ægrotantibus reperian-
ır,ſed eſſe ſatis,quod aliqua duntaxat
ro diuerſitate morbi & maleficii ad-
nt,Non potui tamen adhuc obſerua-
e ſignum aliquod,quod omnibus con
eniat , quamuis aliqua ſint magis fre-
uentia,nec ſolum prẹdictis notis , ue-
um etiam quibuſdam experimentis,
eneficio affecti magis cognoſcuntur,
am faciem ſacerdotis uix inſpicere
oſſunt,nec oculis intentis:album ocu
rum uariis modis mutatur,in combu

ſtione

ſtione inſtrumentorum ueneficij ægrotantes conſueuerunt in deterius mutari, vel noxam quandam perciperemaiorem,uel minorem,pro ratione ſęuioris,vel leuioris veneficij, ita vt quandoq; formidabiles rugitus, ſeu clamores emittere cogantur, quod ſi nullam mutationem uel lęſionem percipiant, erit de ſalute ęgrotantis ſperandum, paruo negotio conualiturum eſſe. Adde quod ſi fortè ueneficus ad uiſendum ægrotantem accedat, ſtatim infirmus ingenti moleſtia afficitur, aliquo terrore, ſeu tremore corripitur, & ſi ſit puer, ſtatim plorat, oculi ad fuſcum colorem mutantur, uel alia notatu digna mutatio in ęgrotis obſeruatur. Vbi pro curatione quędam linimenta ſacra ad oculos, aures, frontem, & quaſdam alias partes ſacerdos adhibet, ſi in partibus illis ſudor, uel aliqua mutatio appareat, ſignum eſt ueneficij, nonnulli ſuperſtitioſa quadam ratione docent explorare, an morbus ſit ex ueneficio, nec ne, nam plumbum liquefactum in aquam fundunt, opus hoc peragentes

super ęgrotam,& præſertim ſupra particulam affectam, interim uerba quędam obmurmurātes,& in plumbo coagulato maleficium inſpici, ac maleficii genus aſſerunt,pro varia figurarum compoſitione,uerum ut modus ſuperſticioſus eſt,ſic & dęmonem cooperari eſt credendum,quamuis non deſint, qui exiſtiment a Saturno uim hanc eſſe plumbo inditam, ut maleficia prodat, quod tamen a ueritate eſt alienum: Nec laudare poſſum aliud experimentum, quod a quodam didici, ut ęgrotans cum decoctione uerbenę uulgo herba ſancti Ioannis dicta, abluatur, in qua ablutione ſi nihil reperiatur, uel decoctio non immutetur in colore; infirmum ueneficio non eſſe affectum, quod ſi magna copia pilorum,& præcipuè ſuorum inueniatur, eſſe argumentum efficax non ſolum ueneficii, ſed & grauiſſimi, minimeque curam ſuſcipientis, quod ſi pili ſint pauciores, morbum eſſe mitiorem, & curationem admittere. Pręterea intellexi, quod ſi

decoctum illud ad nigrum colorem mutetur, signum esse præsentiæ dæmonis, & si ad alios colores mutetur, alia indicare: Quis uerò non percipit hunc etiam modum esse superstitiosum, cũ illi pili uirtute uerbenæ, nec ablutionis elici uel procreari non possint, sed requiratur maior potentia, ut est illa dæmonis, qui & morbum inferrentes, & morbum curantes, peccatis & superstitionibus fędare satagit. Quoniam uerò in obsessis non solum est affectio, uerũ & dæmon ipse in spirituali quadã substantia immunda aliundè intromissa, aut etiam ex propriis humoribus genita inhabitat, quamdiu hæc substantia latitat in aliqua parte, difficile est cognoscere dæmoniacos, sæpe enim pręter eius particulę affectum naturalem, functiones lædentem aliud quid non ostenditur: plurimis tamen horum praua sunt imaginationes pręcipuè in sõnis, quæ dæmonem produnt, nec tamẽ ob id solum asserere licet esse malignũ spiritum, eadem enim ac sępe melancholicis contingunt, spiritum locum

mutan-

mutante, quem obſedit, iam parte ex aliqua manifeſta fit dæmonis inhabitatio, nam tanquam animata res per corpus perambulat, ita ut obſeſſi ſentiant ueluti formicas ſub cute repentes, ſeu permeantes, uel partes, quas petit palpitatione quadam commouet, aut puncturis quibuſdam moleſtiam ingentem infert, uel uti flatus quidam modo a capite uſque ad pedes deſcendit, & modo a pedibus ad caput reſilit, obſeruatum eſt in aliquibus ueſiculam in lingua excitari, & confeſtim euaneſcere, aliquando plures apparere, nonnunquā innumerabiles minutis granulis ſimiles, ex quibus & numerus ſpirituum inhabitantium arguitur, ad gulam duntaxat aſcendēs eam in tumorem attollit, ac ſiccam tuſſiculam mouet, linguam petens, eam præter uoluntatem obſeſſi mouet, aliquando exerens incredibili oris hiatu aut contorquens, inflat, aut impellit ad loquendum non ęgrotantis, ſed ipſius dæmonis conceptus. Et ex his maximè pateſiunt opera Sathanica, aut cū

alienis linguis loquuntur, aut alios loquentes incognita ęgrotanti lingua, intelligunt, uel cum de doctiſſimis ac ſummè arduis ſermonem habent, cũ alioqui ſint rudes, & literarum ignari, aut præterita, aut occulta renunciant, aſſidentiumque arcana, uel peccata aperiunt, eoſque multis conuiciis impetunt, & uſque adeo nonnunquam his immundorum ſpirituum furiis agitati conturbantur, ut uix unus a tribus uel quatuor licèt robuſtiſſimis hominibus, ne damnum aliis dent, coerceri, aut ligari poſſint. Quidam ex his cum a uexatione conquieſcunt, referunt uocem quidem loquentis dęmonis in ſuis inſtrumentis ſentire, at ſententiam percipere non poſſe, utpote quibus mens detineatur. Alii ſi interrogentur, quid egerint, aut dixerint, fatentur ſe nullorum meminiſſe, quamdiu ſpiritus in capite exiſtat, ſignum uerò ſatis certum dęmonis inhabitantis, & ut etiam aliqui credunt, inſeparabile, cum energumeni impediuntur a diuino cultu, ut neq; ullatenus aqua luſtrali ſeu benedi

cta aspergere seipsos, neque audire, ne que proferre diuina uerba, possint, si tamen cogātur ceremonias ecclesię peragere, uel diuinis, ac potissimum sacratissimo altaris sacrificio interesse, tunc magis infestantur. Cum mente cōstāt, obsessi, testātur se quidē uelle ritus ecclesiæ peragere, & rerū sacrarum optare auxilium, esse autem in eorū mēbris quid insitū, quod repugnat, ob id uerò sunt, qui dęmoni omnino obtēperātes propter incontinentiam, uexari quidē desinunt, sed ministri multorum facinorum redduntur. Alii quoque modo assiduè exagitantur, ut nonnunquā desperatióne ducti, mortem sibi consciscant. Effectus dęmoniacorum, qui in sacris literis enumerantur, sunt quāplurimi, nam aliquando obsessi fiunt obstinati, ac inobedientes, nonnunquā lunatici, uel muti, uel surdi, uel cœci, pręsertim in ipsa coniuratione, uel alliduntur, uel strident dentibus, uel arescunt, uel elisi in terram uolutantur, uel ore spumam emittunt, aut in ignem, uel aquam proiiciuntur,

aut ad tempus fiunt maniaci, siue furio
si, qui quandoque in homines insilien
tes, ipsos atrociter uulnerant, uel per-
cutiunt, quibusdam etiam grauissimis,
incurabilibus affectibus corripiuntur,
quorum omnium exempla in diuinis
literis facile est inuenire, experimen-
tis etiam quibusdam consueuere exor
cistæ deprehendere dæmonis præsen-
tiam, nam si latenter reliquię sanctorũ,
uel schedula uerba Dei continens uel
agnus dei cereus a summo Pontifice
benedictus, uel quid aliud sacrum ob-
sesso apponatur; dęmoniaci consue-
uere quid noui proferre, uel agere,
quod tamen experimentum probabi-
le est, & fallax, si tamen sacerdos capi-
ti energumeni manum imponat, & sa-
cra proferrat uerba, solent tremore
seu horrore quodam corripi, & uariis
tormentis, ac motibus præter naturam
in diuersis partibus molestari, nam si
dæmon caput petierit, dolorem graua-
tiuum, & pungitiuum persentiunt, uel
caput una cũ facie insigni rubore per-
funditur, cum calore igneo, si oculos
petat,

petat, eos distorquet, si dorsum, cõuul-
siones, tum in posteriora, tum in ante-
riora, aliquãdo toto corpore rigentes,
& inflexibiles reddit, ut quacunque ui
adhibita inflecti non possint, nonnun-
quam ueluti mortui concidunt, ac si es-
set illa tertia Epilepsiæ species, aura
quadam ad caput irruente, & ad impe
rium sacerdotis releuantur, aura re-
meante, unde discessit, si fauces petat,
adeo constringuntur, ut strangulari ui-
deantur, si in partes nobiliores fera-
tur, ut propè cor, aut pulmonem, anhe
lationes, palpitationes, ac Syncopas
excitat. Ad uentriculum uerò, Singul-
tum, & uomitus, ut aliquando cibum
assumere nequeant, uel assumptum cõ
tinere, motũ eiusdem rei ad instar par-
uę pilæ circa os uentriculi, nec non ru-
gitus excitant, & circa præcordia tor-
siones, uel inflationes; Ferunt quidã in
huiusmodi morbis deprehendendis e-
xercitati, dęmoniacos rosarum odorẽ
nequaquam perferre posse, ut ne cogi
etiam possint iuxta rosarium pertransi
re, odore quoque sulfuris, & aliis suffu-

migiis ſpiritus concitari experimento didicerunt, & ſicut Epilepſia odoribus quibuſdam Gagatis lapidis pręcipuè depręhenditur, ita ut ſpiritus latitans huiuſmodi odoribus exagitatur: qua autem ratione id effici poſſit, inferius erit declarandum. Tandem cum ſuſpitio habetur de dęmonio, aliquando ex interrogatione ægrotantis in ipſum illapſum fuiſſe, percipitur, conſueuerũt enim dæmones ante quã humana corpora ingrediantur, in aliqua formidabili, deformi, ac horribili forma, tã hominum, quàm brutorum, luporum pręſertim, uel canum nigerrimorum, ac pręgrãdium, apparere, qui licet ſtatim euaneſcere uideantur, in eorum tamen corpora ingrediuntur, quod quidem noctu, in lociſque opacis, & obſcuris contingere conſueuit, uel ſomnia terribilia dormientibus immittunt, quibus deterriti, cum uigilarint, cũ ſignis dęmoniacis reperiuntur. Quandoque dæmones ingredientes humana corpora magna cum ſęuitia eorum membra lacerant, & nõnunquam in dorſo pre-

bent

ent sensum aquę frigidissimę quæ cõ-
ertim per dorsum proiecta, sursum ac
eorsum percurrit. Coitus uerò impo-
entia ex ueneficio cognoscitur, si ab-
nt signa aliarum caussarum, si pręces-
erit aliqua occasio cuius ratione de
eneficio probabilis sit suspitio, si uir
uerit pius potens, & amore mutuo cõ-
ges se diligant, uenerem tamen exer-
ere non possit, uel cum antea coniu-
es mutuò se amarent, tunc uerò citra
uidentem caussam odio se habent in-
redibili, quod sanè multis modis con
ngere potest; Primo quidem, si uir pri
etur coeũdi potentia cũ propria uxo
e, cum aliis tamen uim obtineat, & ef-
caciam: Secundo, cum uxorem habet
xosam, nec põt ipsã cognoscere. Ter-
o, si nõ hẽat exosam, & uelit eã cogno
ere, cęterum membri uigore careat,
uarto etiam si membri uigorem ha-
eat, cũ hoc tamen semen emittere nõ
ossit. Macies siue extenuatio uenefi-
io illata cognoscitur primo cõi signo,
nullis remediis naturalibus ex arte
dhibitis superari potuerit, ad hoc

si

ſi nulla alia adſit cauſſa aut interna, a
externa, neque ex parte nutricis, ſi
infans, neque ex parte infantis, ſeu a
terius.

QVINAM SINT, QVI VENEFICI
ſunt magis obnoxij, & quibus Malefici ob-
eſſe non poſsint. Cap. XIIII.



Vm maximam uim in mo
bis excitandis habeat co
poris diſpoſitio, ac prep
ratio, auctore Galeno, qu
dam enim uni affectui, alii uerò alte
magis ſunt obnoxii, qui enim ex rar
tate texturæ corpora habent mollic
ra, ac laxiora, a morbis, qui ab aere, e
terniſque cauſſis originem ducunt, fa
cilius corripiuntur, & ij, qui excutis d
ſitate corpora duriora ſortiti ſunt,
cauſſis internis promptius lęduntur, &
qui calidiore natura ſunt, in calido
morbos, & qui frigidiore, in frigido
magis incidunt, ſimilibus enim mor
bis, ut ſcribit Galenus maiori ex part
tentamur, ſed quamuis in morbis prę
ter

1. de diff. febr.
Gal. li. de opt. noſt. corp. conſtit.
l. 5. d ſan. tuen. c. 2.

r naturam facilè suscipiendis aptitu-
o corporum sit animaduertenda, se-
us est in morbis extra naturam, pro
morum faciliori susceptione animi,&
on corporis dispositio est considerã-
a,cum ab huiuscemodi affectibus nul
a ætas,nullum temperamentum sit im
une, sed sine discrimine tam pueri,
uam iuuenes, ac senes, tam frigidi,
uam calidi,& qui duriore corpore,&
ui rariore pręditi sunt,ueneficis mor-
is sint obnoxii,illi itaque, qui habent
x peccatis & potissimum grauissimis,
nimam ualde labefactatam, omnium
aximè ueneficiis afficiuntur,cũ enim
Dei gratia destituantur, facilimè in
æmonum,ac ueneficarum potestatẽ,
c iura incidunt,qui dæmones circa il-
os ueluti circa rem suæ potestati subie
tam,tum in corpore,tum in rebus ex-
ernis quæ uolunt,efficiunt,& hinc est,
t nõnunquam homines sęuissimis do-
oribus affici uideamus, mares progi-
nendi,fœminæ concipiendi, quidam
oeundi ui,ac facultate priuẽtur; Hinc
tiam mulierum partus, animalium

fętus,

fœtus, terrę fruges, oues, boues, & reliqua animalia, pessum ire uideantur. Qui enim alienę uxoris, aut cuiusuis fœdę libidinis cupiditate tenetur, mirum non est, si a sua per ueneficium auertatur, aut procreandi uirtute, ac prolis solatio priuetur: ideo apud Thobiam scriptum habemus; Qui coniugium ita suscipiunt, ut Deum a se, & sua mente excludant, & suę libidini uacent, super eos dęmones potestatem habent. Quę tamen enarrata mala piis, ac probis uiris dęmones inferre non magnopere satagunt, sed nimis rarò ea de re eos infestant, cum optimè calleant mala ac damna iustis uiris illata, illorum merita atque pręmia augere. Porrò si quis in fide titubet, & de Ecclesię Catholicę ritibus non benè sentiat, quo pacto a ueneficis tutus erit? & qui prauam iurandi, detrahendi, maledicendi, concupiscendi, ulciscendi, & aliorum scelerum patrandi consuetudinem contraxere, a maleficiis sibi cauere non possunt, & quamuis uniuersum ferè hominum

genus

enus in tot sceleribus inuolutum
periatur ; si paucos ueneficiis af-
ctos uideamus hoc diuinæ cle-
entiæ, ac bonitati est ascribendum,
uæ dæmones pro uoluntate in nos
uire non patitur. Tria tamen sunt
ominum genera, quibus uenefi-
homines obesse minimè possunt,
qui in eiusmodi dæmonum man-
pia, publica animaduertunt pęnę
stitiæ diuinæ, uel officio aliquo pu-
ico contra illos insistunt nam quos
eus ad aliquod opus, & officium
git ac mouet, illis etiam necessa-
tribuit ad illud opus peragen-
m, & munus obeundum ; cum
tem publicam iustitiam exercen-
s, talem sit a Deo facultatem adep-
, omnisque pótestas teste D. Paulo
Domino Deo sit, auxilium suum
enter impartitur, illosque tuetur,
c a dęmone dæmonumve ministris
dantur, & iustitiam ergà scelestos
os exercerę ualeant, si enim in
s aliquid iuris haberent, in ip-
m Deum, cuius officium funguntur,
(quo

(quo nihil absurdius) id & habere u-
derentur. Et hæc uera sunt, si rec-
intentione, & ex iurium Canonico-
rum præscriptis, ut decet Christi-
num iudicem, suo fungantur offici-
Qui enim temerè præesse volũt, curio-
sitate aliqua ducti, vel praua intentio-
ne, aut aliquo graui facinore foedat-
diuino fauore destituuntur, & à dem-
nibus crebro sic excipiuntur, ac imp-
tuntur, ut & mortem interdum inferã
quemadmodum nonnullis accidisse
aiunt. Quidam alii etiam ueneficoru-
laqueos, ac mala euadunt, qui sanct-
ecclesiæ remediis se muniunt, peccat-
sua libenter ac frequenter cõfitentu-
sacram Eucharistiam reuerenter s-
munt, sacrosancto altaris sacrificio d-
uotè assistunt, uerbum Dei hilari an-
mo audiunt, & custodire conantur, a-
gelorum sanctorumque cęli ciuium a-
xilium implorant, lustrali se aqua cu-
animi pietate conspergunt, & aliis s-
cris ac benedictis rebus a sacrosanct-
Ecclesia ad imminuendam, compesc-
damque dęmonum uim institutis, ri-

utun-

untur; Quamobrem Philo ac Iose-
pus referunt magum quendam cele
rimum, quem Rex Balaces ex Meso
tamia acciuerat, ut eius execratio-
bus Hebræos, contra quos bellum
rebat, destrueret, retulisse, ueneficos
dæmonum artes, aduersus populũ
um nihil ualere, quippe qui ob legis
i datæ obseruantiam Deo charissi-
us erat, Regique consuluit ut He-
æos ad legis contemptum impelle-
, sic tantũ expugnabiles fore. Quod
exemplo Iustinæ uirginis magis fit
ertum, cum enim eam referente Gre
rio Nazianzeno, Cyprianus Magus
in dęmonum deceptionibus admo-
m versatus ardenter amaret, & uene
iis ad suę libidinis assensum allice-
conaretur, consulto dęmone, quanã
id consequi posset, responsum acce
, nullam ei artem profuturam cõtra
s, qui uerè Christum colerent, qua
sponsione commotus Cyprianus, de
æ superioris instituto uehementer
lere cępit, & magicis relictis arti-
s, se totum Christo tradidit. Qui ter-
tio

tio loco à maleficijs lędi haud possun
hi sunt, qui à Deo interius per gratia
& ab Angelis exterius per custodia
muniuntur, ac proteguntur: licèt eni
animæ nostrę Deus per semet gratia
infundat, iuxtè illud Prophetæ: Grat
& gloriam dabit dominus, cum tame
munus aliquod insigne impartiri st
tuit, dispositiuè Angelus bonus oper
tur: & ideo Dionisius scripsit, hæc e
lex diuinitatis immutabiliter stabilit
ut ima à sūmis per media perficiant
ita ut quidquid boni à fonte totius b
nitatis in nos emanat, totum bonoru
Angelorum ministerio possideamus,
Dauid: Angelis suis Deus mandauit d
te, ut custodiāt te, in omnibus uijs tui
At huius generis hominum nonnul
ab omni penitus ueneficio sunt immu
nes, alij vero à quibusdam tantum.

de di. no. cap. 4.

DE

DE
MORBIS VENEFICIS AC VENEFICIIS.
BAPTISTAE CODRONCHII *Medici,*

LIBER QVARTVS.

DE PRAESERVATIONE A MORBIS ueneficis, pro qua remedia superstitiosa reijciuntur, & uera, Christianaq; proponuntur.
Cap. I.



CVM medici finis sit sanitatis custodia, seu adeptio, quicquid enim in arte sua molitur medicus, ob id facit, uel ut presentem seruet, quę secundum naturam est, constitutionem, quam sanitatem dicimus, uelut amissam illam sedula manu recuperet, atque reficiat; eapropter primo

loco qua ratione sani, ne a ueneficis morbis corripiantur, deinceps quibus remediorum generibus ægrotantes a ueneficiis uindicari possint, explicare aggrediar. Antiquiores idolis seruientes pro ipsa præseruatione quibusdam uanis, ac superstitiosis, quę Amuleta dicuntur, utebantur, quæ tamen neque a temperamento, neque ab aliis manifestis qualitatibus, neque a tota substantia, neque a diuina, uel magica potestate uires habent, ideo Scyllam in limine ianuę suspensam mali medicamenti, ueneficiorumque noxam pellere tradũt
l.2.c.168 Dios. & Plin. qui antiquiores credidis-
l.20.c.9. se scribit, rostrum lupi, seu pellem è cer-
l.28.c.10 uice solidam ueneficiis resistere uilla-
l.1.c.102 rum portis præfixam, de Ramno testatur Dios. ex uulgi opinione, illius ramos ualuis, fenestrisue impositos, ueneficia arcere; Alyssum in domo suspensum salutare amuletum hominibus, & quadrupedibus esse refert Plin. Palma
l.13.c.4. rum lignum in pomo osseum, dente limatum, expolitum, necnõ frontis Hyenæ corium fascino resistere, ipsiusque

ner-

neruos potos in uino cum thure fęcun
litatem ueneficio adeptam restituere,
& sanguine tactis postibus, ubicunque
nagorum infestari artes, idem Plin. as- l.28.c.8.
erit. Lentopodii radix appensa ad a-
natoria prodest, ex Diosc. Rubetę etiã Dios.li.4.
ossiculum amorem concitare, & iurgia, c.126
additum in potionem, uenerem adli-
gatum adstimulare testatur Plin. Beto l.32.c.5.
nicam animas hominum & corpora
custodire, & nocturnas ambulationes
a maleficiis, & periculis, memoriæ pro
didit Antonius Musa Clarissimus Au-
gusti Cæsaris medicus; Cyclamini ra- l.25.c.4.
dix ubi sata nihil mala medicamenta
nocere posse, testatur Plin. Moly ex eo
dem laudatissima herbarum est Home-
ro, qua summa ueneficia arcẽtur, osten
sa Vlyssi aduersus Circes insidias, &
hæc contra omnes magicas artes præ-
cipua habetur, deinde Mithridation,
Scorditis, ac Cẽtaurium. Argentum ui
uum, Vpupæ auis cor, Leporis etiam
cor in aluta. Actites lapidem gestatum
ueneficiorum amuleta esse tradunt;
Amiantus lapis ueneficiis omnibus re-

ſiſtit, priuatim magorum. Antiphanem gemmam contra effaſcinationes auxi-
l.37c.10 liari ex magorum opinione, recenſet
cap.9 Plin. Saphiro ſi lunæ, ac ſolis nomen inſcribatur, & è collo ſuſpendatur. Pilos Cynocephali, uel plumas hirundinis, reſiſtere ueneficiis idem teſtatur: Chryſanthemnon ſi eruas è terra ante ſolis ortum, & corpori circumliges, vel ſuſpendas è collo, ueneficas mulieres, & faſcinationes cunctas auertit: Democritus Abderites Cathohitis lapidis geſtatione, uel oſtenſione frequenter contra faſcinum utebatur, quo etiam explorabat occultam naturæ uim in certaminibus, quæ contra magos habuit; prætermitto Amuleta, quibus uenatores utebãtur, innumera enim prope ſunt, præcipuum uerò eſt illud, cum quercus fruticem ſcinderent, ac per ipſum cum canes, tum uenatores ipſi trãſirent, ea enim ratione ueneficium ſe dirimere opinabantur. Contra amatoria ueneficia quoque diuerſa amuleto rum genera parari conſueuerunt. Athenis inualuit uſus, ut antequam

noua nupta mariti domum ingrederetur, oleo, & adipe suillo, uel lupino, postes inungerentur, ne quid perniciosæ pestis in domum irreperet: semẽ filicis uulgus colligi haud posse credit, nisi nocte festum diui Ioannis præcedentem, superstitiosis quibusdam admurmuratis uerbis, quibus dæmones fugari censet, qui filius semen custodire creduntur; In dextero Rubetæ latere, ossiculum inueniri, aiunt, quo amor inhibetur; Chameleontis iecinore amatoria dissolui ex Democriti sententia traditur. Quampluribus aliis artibus uanis, ac superstitiosis usi sunt Idolatrę ad ueneficia depellenda, quę silentio prętèrire satius esse duxi. At quibus medicamẽtis, quibus potionibus quave arte poterimus nos ab incãtationibus, ac ueneficiis præcauere. Certe prę̇seruationis rõnẽ facile cõsequi possumus, si caussas faciẽtes ueneficia inhibebimus, cũ p̃seruationis tota uis in caussarũ efficiẽtiũ remotione, & subiecti prę̨paratione insistit, adhibenda ergo erunt remedia, quę dæmones,
 uene-

ueneficosque horum malorum autho-
res arceant, nosque ualidos, ac muni-
tos ad oppugnandum, & resistendum
efficiant, ideo ante omnia Dominum
Iesum Christum confiteri, & ex animo
diligere oportet, si quidem nemo dę-
mones uincere pōt, qui illis ualidior
non sit, sed nemo non dicam superior,
sed neque par illis reperitur nisi Dei
filius a quo longè superantur, qui ob
eam caussam in hunc mundum uenit,
ut dęmonum opera destrueret, cuius
uirtute adiuti, dæmonum artes facilli-
mè euadere poterimus; deinde pecca-
torum occasiones uitare debemus, cū
dæmonibus admodum familiare sit a
prauis occasionibus ad maxima mala
nos pręcipites dare, mira celeritate
omnis praua cogitatio retūdenda est,
cum primum animi fores pulsat, ante-
quā affectus aliquis praui amoris scin-
tillas in concupiscendi ui excitet, quæ
semel accensa, mentem incendio suo
urit, & non paruo labore postea extin-
guitur; Otium uti noxium uenenum ui-
tare debemus, ex eo namq; dæmones

tentandi occasionem sumunt, maiorque uitiorum pars ex eo ortum habet, Improborum etiam hominum consuetudo fugienda, sordidorum librorum lectio uitanda, cum ex ea animus inficiatur, ac sæpenumero lenocinio uerborum, mellitaque oratione allectus, pestifera dogmata, quasi uenenum saccharo conditum hauriat, & ob id cum primum eiusmodi libros in manibus dæmones uident, ad nos tentandos irrumpunt, & suo quisque loco animæ nostrę męnia uariis impugnationibus inuadit. Quocircà toto pectore in piorum librorum lectionem incumbendũ est, q̃ præter alia bona, quæ nobis præstant, dæmonum laqueos detegunt. armaque contrà illorum fraudes, ac maleficia parant; addenda huiusmodi lectioni diuinorum beneficiorũ memoria, quę ad alia beneficia nobis præstãda Deum quodammodo impellit: nec quicquam efficacius est, ad mentis aciem purgandam, & ueneficia auertenda, quam Christi uulnerum, mortisq; assidua meditatio, quemadmodũ enim

Christi cruciatus peccatum ſuſtulit, & dęmones ſubegit, ſic aſſidua de eo cogitatio ad utrumque plurimum cõfert. Quibus ſi peccatorum confeſſionem ſinceram addamus, nihil eſt, quod magis dæmones in fugam uertat, & ab illius poteſtate immunes nos faciat, & quoniã quod peccatorum deteſtatio, & confeſſio facit, auguſtiſſimum Eucha reſtiæ Sacramentum perficit, & auget, ideo ipſa ſacra communio eſt humiliter frequentanda. At inter alia præcipua præſidia, quibus ab inſidijs dæmonum ſeruamur, eſt oratio ipſa, per quã omnes ipſorum fraudes, ac veneficia deſtruuntur, ab omniq; illorum moleſtia, atq; impetu homines liberi, ac immunes ſeruantur, & ſi orationi ieiuniũ etiam addamus, validiora arma cõtra dæmones ſtatuemus, qui ad noſtrarum animarum interitum carne tanquam familiari ac domeſtico hoſte vtuntur, in qua cupiditatum noſtrarum radix exiſtit, ideo per ciborum abſtinẽtia attenuanda eſt, ut ipſius affectus, ac impetus exiles, ac debiles reddãtur, animuſ-

que

que robuſtior ad certamina cum dæmonibus obeunda efficiatur, utq; noſtri corporis abſtinentia Deo grata ſit, quod corpori ſubtrahimus, pauperibus erogemus, nam ſicut per bonorum largitionem, egenis ſubueniẽdo à peccatis, & ab animæ interitu liberamur, ut Thobias ait, ita dæmonum deceptiones, ac ueneficia per eandem frangũtur, & ſi cum his etiam Agnus Dei, vel cera, aut folia oliuarum benedicta, ſal exorcizatum, aut orationes ſacræ circa collum ſuſpenſa pietatis ergo geſtentur, aqua luſtrali ſępius aſpergamur, & ad omnem progreſſum, aditum, exitum, ueſtitum, ad lauacrum, ad menſam, ad cubile, & denique ad omnem actionem crucis ſigno frons rectè muniatur, Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri quoq; nomen in corde, & ore habeatur, omnia maleficia, ac dæmonum impoſturæ euaneſcens, & nobis neutiquam obeſſe poterunt.

DE CVRATIONE MORBORV
ueneficorum, ac ueneficiorum, & primo de Magica, secundo de diuina: & tertio de Humana agitur. Cap. II.

PRo curatione horum morborum, & dęmonum corpora obsidentium expulsione, tres inuenio rationes inter se maximè distantes, quarum una ex Magica arte, alia ex Religione & tertia ex arte humana desumitur, it ut curationē diuidere possimus in Magicam, diuinam, & humanam; Magica utitur mediis superstitiosis, incantationibus, ac dęmonum opera; diuina uerò ritibus sacris, diuinis nominibus, ac Dei auxilio, humana autem adhibet herbas, radices, gummata, lapides, metalla, terras, succos, liquores, animalia, animaliumque partes, diuersis uerò rationibus, uel quia suis manifestis qualitatibus, uel ex ignotis, & a substantiali forma emanantibus prodesse possunt. Cum antiqui diuinam, ac dæmoniacā rationem ueneficia soluendi distingue-

re

e ignorarent, utramque magicam appellabant, & sacram, diuinamque existimabant, ac in religione habebant, unde Hippocrates diuinum uocauit, quod in morbis habetur, cum potius dæmonium esset dicendum; magica curatio utitur quibusdam uanis, ac superstitiosis rebus, ac uerbis, quæ ut superius fuit dictum, Amuleta dixerunt, & incantationibus, adiurationibusque dæmoniacis. Inter Amuleta, quę ueneficiis resistere, & ea remouere credidit antiquitas, pręter superius explicata, multa alia recensentur, scribit Thrasyllus referente Stobęo, in Nilo Aegypti fluuio lapidem fabæ consimilem nasci quem canes intuiti, non latrant, & optimè facere ad uexatos dęmonio, quam primum enim naribus appositus fuerit, dęmonem egredi; Hypericonem herbam similem facultatem habere uidetur, cum ea à quibusdam recentioribus, fuga dęmonum dicatur: Arthemisiam manu contentam nocentes feras, ac dæmones fugare, arbitrati sunt. Pendactylon etiam solis ortu luna cręscen

te

te euulſam, ad faſcinationes, & dæmonia ualere, Buphthalmum collectum creſcente Luna, dęmones, mala medicaměta, ac faſcinationes demoliri, Peoniam legi flagrantiſſimam æſtate sub canis ortum, antequam ſol oriatur, & ſuſpenſam, medicamentis malis, ac faſcinationibus eſſe aduerſam, ac dæmones, incurſuſq; nocturnos expellere. Morbos curari in uniuerſum incantationibus, monumentis literarum tradidere Plato, ac Plinius, peculiariter autem Plato ſcribit ad capitis dolentis medelam folium quoddam, addita incantatione certa, adhibitum, ſanitatem reſtituere, abſq; verò incantatione folium nil conferre. Homerus ſcriptum reliquit, quod Antolici filij ſanguinem è vulnere manantem carmine ſiſtebăt, vulnuſq; curabant. Heliodorus teſtatur quod ſanguis fluens ex Oroondate carminibus, & incantationibus immobilis reddebatur, cuius curationis etiam meminit Q. Serenus ſic.

lib. 4. de Repub.
l. 28. c. 2
In charmide.
Odyſſeę lib. 19.
l. 9. hiſtorię ęthio.
cap. 33

Hęc

Hęc simul incantans sisti debere cruorem.
Vt lapis ille uiæ solitos iam destitit orbes.

Theophrastus referente Plinio, Is- l.28.c.2.
hiadicos carmine sanari asserit, de
quare etiam Cęlius Aurelianus. Alij, l.Chroni.
inquit, cantilenas Ischiadicis adhiben- cap.1
das, probauerant, qui modus curandi
ta familiaris est, & frequens nostris
temporibus, ut uillici passim eo utan-
tur spretis medicorum auxilijs. Adria-
nus Imperator medicinæ peritissimus,
(ut tradit Dion Cassius,) aquam om-
nem intercutem quibusdam incanta-
tionibus eduxit, Alij scribunt Sy-
malum illum Hannibalis medicum,
incantationibus ferrum è corpore, &
vulneribus eduxisse. Et Antonius Be-
neuenius asserit, sagittam sinistræ sca- l. de abd.
pulæ cuiusdam militis ita pertinaci- ac mir.
ter in hærentem, ut nullis artis me- mor. cau.
dicæ auxilijs inde auelli posset, car- cap. 2C.
minibus quibusdam vulneri insusurra-
tis ex osse recesisse, militemque paucis
diebus conualuisse. Marcellus scribit
qui-

quibusdam carminibus sordiculas in oculū ingressas erui, & hordeolis oculorum carmina auxiliari, & si quid faucibus adhæserit. Præterea literis proditum inuenimus, incantationibus cancrum mortificari, lumbricos interimi, accessionem Epilepticam sisti, magicis nominibus in aure prolatis, Dentium dolores mitigari, Strumas, & laxiorem Columellam quibusdam precibus sanescere, ut Aetius scribit: Insuper uomitiones conquiescere ceremoniis, & uerbis quibusdam, quæ curaturi uel absentes pronunciant, satisfore rati, si modo laborantis nomen cognitum habeant, ad febres sanandas quàm multę circumferuntur preces quas Fernelius recitat, & cum his multorum aliorum morborum curationes superstitiosas, ac Magicas, quas ne fastidio lectorem afficiam, omitto; Nicolaus Myrepsius auctor Grecus, qui multis medicamentorum compositionibus medicinam auxit, nonnulla Magica, ac superstitiosa miscuit, asserit enim antidotum Cyphi suffitu malum spiritum abigere, lu-

se.2.ant, 298.

naticos

piticos restituere si cum spuma tauri
o ortu solis usque ad ortum lunæ die-
us triginta adhibeatur, recenset adiu- *ant.405.*
ationem quandam ad fluorem sangui
s narium, quę ob ignota quędã uer-
a, & obseruationes uanas, Magica cẽ *ant.419*
nda est, ad extirpandas mariscas ad-
bet Senecionis radicem quibusdam *sec.12.21*
um uariis obseruationibus, pro tumo *24.&37*
bus uero cum internis, tum externis
nandis, ad uisum deperditum recu-
erandum, ad os deuoratum, & ad ma
um spiritum fugandum, nonnulla pro-
onit Magica remedia. Præter aplica-
onem herbarum, radicum, & aliorũ
nedicamentorum cum simplicium, tũ
ompositorum pro curatione uenefi-
orum morborum, non desunt mille
lii modi istis maleficis. Nonnulli prius
xperiuntur, an morbus sit opera dę-
nonum, uel sponte genitus, cum qua-
dam plumbi colliquati in aquam im-
nersione, & postquam deprehende-
int morbum esse maleficum, tot die-
bus ægrotum uisitant, quot ægrotaue-
tit, inspiciendo partem lęsam, tangen-
do,

do,& uerba quædam submisè profer-
do, alii columbũ per medium scissum
uentriculo ægrotantis apponunt,non
nulla alia uerba obmurmurando, qu
modi & alii consimiles manifesto ma
gici sunt, cum prorsus uirtute natural
careant: & quemadmodum uariæ sun
Magicæ curationes, uarii etiam sun
huius artis professores,aliqui enim ue
neficia inferre sciunt, sed sanare igno
rant,alii maleficia auferre possunt, im
mittere uerò nequaquam; & nonnull
utrunque præstãt,eorum uerò qui ma
leficia auferre sciunt, aliqui id præsta
re non possunt nisi alteri, seu priori ma
lefico ueneficium inferant;aliqui mor
bos maleficos omnes curant:nonnull
quamplures, & alii unum tantum, u
pro uarietate morborum ueneficorũ
uarii etiam medici malefici reperian-
tur,quæ facultatum uarietas ex diuer-
sitatẽ fęderis cũ dæmone initi oritur
extitit in Germania quondam,ut refe-
runt auctores Mallei maleficarum, fa-
mosissima quædam in soluendis male-
ficiis mulier, cuius domus non solum

ab

b indigenis, ſed etiam a remotiſſimis
populis eius gratia frequentabatur
agis, quàm apud nos templa, adeò ut
omes quidam Caſtri Thelonei incre
bilem quæſtum extorſiſſet uectigali
dito, vt quicunque mulierem adi-
et, denarium ſolueret, & hęc ars nefan
a pluribus modis medicinam labefa-
tauit, primo quod non ſolum eos, qui
x maleficio ortum duxerũt, morbos,
ed & cæteros ſanare ꝑmittat, ut apud
leroſque medicina ludibrio habea-
ur, quòd ſalubriores, ac certiores euẽ
us nonnunquam ex mulierculis inue-
iant, quàm ex medicis, deinde quo-
iam hominum curioſitate potius, quã
doctrina, remedia multa tanquam ar-
cana ex arte magica in medicinã tranſ
ata ſunt, ut multi Arabum ſectatores
ecerunt, uti Michael Sauonarola in
ſua practica, & quidam Bartholomeus,
qui practicam, & experimẽta cum qui-
buſdam introductionibus in lucem edi
dit, ſic enim multis modis medicinę
ſcientia undique conſpurcata remedio
rum uanitate ſæpè coarguitur. At horũ

ſathanicorum hominum curatione
fallaces, ac incertæ ſunt, ac ſępius præ
ſtigioſæ, ut videantur per modicum t
poris ſpatium ſanare, & reuera non ſa
nent, preſertim cum ſint nonnulla ma
leficia, quæ à nemine ſortilego quam
uis perito diſſolui poſſint; ut nonnull
arbitrantur. Num uero uenefici etian
affectiones, quas naturales uocant, ſa
nare poſſint, non modicam habet diffi
cultatem, Ioannes Budinus in ſua Dæ
monomania arbitratus eſt, minimè eo
poſſe, nihilominus experientia, ratio, &
auctoritas oppoſitum ſuadere uidētur
quidam enim qui de maleficijs ſcripſ
runt ex profeſſo, in eam ſententiam a
bierunt, ut quoſcunque morbos obla
tos uenefici curare ſciant, quod no
etiam quotidie experimur, oculorum
enim lippitudines, iſchiadicum dolo
rem, & nonnullos alios morbos ſimpl
ces abſque ueneficio nonnunquam al
qui ex ſortilegis ſanant, ſicut & uenefi
cos morbos curare profitentur, quoc
& ratio ſuadet, ſi enim dęmon poteſ
ui ſua noxios exiſtentes humores edu
cere,

cere, ac resoluere, prauam eorum qualitatem auferre, obstructiones tollere, intemperies ualidas ad statum naturalem reducere, & alias causas ab eo introductas in ueneficis morbis auferre, cur & easdem sponte genitas compescere non poterit, cum ut superius dictum est, dæmonis imperio omnis moles corporea subiiciatur, ac pareat. Vtrum modo remediis uanis, superstitiosis, ac magicis, homo Christianus illæsa animi pietate, & conscientia uti possit, & ad ueneficos pro sanitate recuperanda confugere, uariæ sunt cum Iuris Cęsarei, ac Pontificii consultorũ, tum Theologorum sententię, Iuris ciuilis periti arbitrati sunt licere uti maleficis, & eorum opera pro communi, uel priuato bono, quæ sententia a ueritate est aliena, & penitus reiicienda, cum id non possit fieri absque mortali peccato; Quidam Doctores asserunt, non licere cuipiam ad maleficos accedere, ut maleficium alio maleficio soluãt sine infidelitatis crimine, si quis tamẽ actu esset paratus ad ueneficiũ per-

petrandum, quod eo uti liceat, quę pariter sententia ut prior est explodēda, cum nulla ratione liceat adducere aliquem quantumcunq; paratum ad offensionem diuinam, neque etiam liceat assentiri peccanti. Alij verò summariè scribentes dixerunt, nullum sequi peccatum, si ueneficia destruātur per opera uana, ac superstitiosa, eo quod liceat retundere uana uanis, quod tamen rectè sentientibus non placet. Sanctus Thomas, Diuus Bonauentura, Scotus, necnon Ioannes, statuunt nulla ratione nos posse implorare auxilium ueneficorū pro sanitate adipiscenda, imo debere potius omnia mala, & mortem ipsam subire, quam uti eorum auxilio, quia dicunt non esse facienda mala, id est peccata, ut eueniant bona. Extat demum summus omnium iuris Pontificij cōsensus, nequaquam licere pro salubritate corporis recuperanda, diabolica, ac supestitiosa remedia adhibere, seu querere, quamuis alia ratione sanitas obtineri non posset. Idem dicunt Doctores de remedijs supersti-

tiosis

bosis; ligaturis, & appendiculis, quę
fiunt per ipsos maleficos ad sanan-
dum, prout fusius ego in meo secun-
do libro de Christiana, ac tuta me-
dendi ratione declaraui, ubi ex pro-
fesso litem hanc in medium attuli, &
ex Doctorum sententia diremi. Vtrum
verò medicamentis, ac remedijs ex
medica facultate desumptis, huius
modi morbi curari possint, quid cer-
ti statuere difficilimum esse iudicio,
quod enim arte medica possint supe-
rari, nonnullę rationes uidentur sua-
dere, nam cum hæ affectiones fiant
immediate ab eisdem causis, à qui-
bus & cęterę progignũtur; quamuis ef
ficacioribus ut plurimũ, ac magis abdi
tis, peritus, ac expertus medicus solerti
adhibita indagatione, poterit & morbũ
& causas cognoscere, uel ad alium simi
lem reducere morbũ, quibus cognitis,
paruo negotio adhibere poterit ea re-
media, quę satis esse poterunt, ut causæ
remoueantur, & sanitas restituatur, cũ
enim dæmones ad inferenda mala me-
dijs naturalibus utantur, uarias obstru

ctiones, ac intemperies modo mitiores, modo ualidiores procreando, continuum soluendo, noxios humores cõcitando, uel utiles putrefaciendo, ac deleteria, prauaque qualitate coinquinando, ac ad principalia, uel ignobilia traducendo, poterit & medicus obstructiones tollere, intemperiem corrigere, unitatẽ restituere, humores cõpescere, quod putridum est educere, & prauam, ac uenenosam qualitatem debellare, & eo magis cum medicina sit donum Dei, ab eo originẽ habẽs, sicut & cũcta medicinæ subiecta ab eo creata sunt, & ex ipsa miros effectus quotidie prodire experiamur. Insuper cum dęmones ut plurimũ utantur quadã subtiliori, ac tenuuiori è rebus naturalibus elicita ad infligendos morbos, aut homines obsidendos, ratione, consentaneum est, ut etiam aduersus illam remedia quoque extent naturalia, eaque inter alexipharmaca, & quamuis cuilibet particulari ueneno peculiare antidotum fuerit constitutum, & huiusmodi particularia uenena nos lateant, ut

etiam

etiam particularia alexipharmaca adhibere nobis facultas non suppetat, nihilominus sunt quædam antidota, quę ad omne uenenum extinguendum, & omnem prauam qualitatem superandam longo usu, ac experientia cõprobata sunt, ex quibus ea maximè oportuna sunt censenda, quę uaporosam, & multam exhalant huiusmodi uim, & quia magis interius penetrant, & cum spiritibus conueniunt, sic enim permisceri, atque eos alterare possunt. Idcirco aromata, & suffumigia obsessis maxime prosunt, Rutã pueris circumuallatam ea ratione eos a ueneficiis defendere aiunt, sclaræam, ac fęniculum oculos præcipuè tueri ab ingressu maligni spiritus, efflatur enim ex his cum odore halituosa quædam substantia, balsamum flagrantissimum odore, & substãtiæ proprietate immundiciam, ac sorditiem spiritualem tum inunctione, tũ potu uincere, quidam eruditissimus uir arbitratur: Quę recipiunt odorata queque ut Ambram, Muscum, Cinnamomum, Nardum, Lignum Aloes, &

cętera huiusmodi, multum posse proficere putandum est; Theriaca, & Mitridatium, ut aduersus omnia uenena fuerunt instituta, similiter in hoc genere opem ferre posset, pręcipuè si spirituoso aliquo liquore diluta propinentur, cuiusmodi est uinum potēs, & aqua ardens, citissimè enim ad omnes partes uim medicamenti ferūt, ac uires adaugent; Adde si ars medica inualida, ac inutilis esset ad hos morbos curandos, Exorcisticam artem profitētes, illius remediis non uterentur, cū autem uomitoria multa, uaria linimenta, quamplures suffitus, nonnullos potus, quædamq; balnea ꝓ curatione ueneficiorum proponāt, sequit̃ remediis medicis ipsa superari posse; Insuper cū dęmones humori melancholico facilè cō misceantur, qui cum amarus, tristis, ac turbulentus sit, locus dęmonū naturę cōgruere arbitratur, si Sena, Lapide Lazuli, Veratro, uel alio simili medicamē to humor ille ex toto educatur, dæmon etiam corpus illud deserere cogitur, ut in quibusdam dæmoniacis experien-

perientia comprobatum eſt;Ex oppo-
ſito tamen experimur,remedia natura-
lia his morbis nihil prodeſſe, & medi-
cos fruſtra laborare in huiuſmodi af-
fectibus curandis, quamuis enim ip-
ſi intemperies adimere, obſtructio-
nes aperire, noxios humores educe-
re; & alia munia obire ſtudeant, dę-
mones tamen omnes medicorum co-
natus irritos reddunt, cum non ſinant
medicamenta applicari, uel effectus
ſuos ſortiri, uel morbos continuo
foueant, & cauſſas eorum adau-
geant, homines etenim cum ſint in-
ferioris uirtutis, dęmonum opera-
tiones ſua dumtaxat uirtute natura-
li impedire uel deſtruere non poſ-
ſunt; Pręterea cum medici cognoſce-
re debeãt morbum, & morbi ſpeciem,
robur facultatis,temperiem naturalẽ,
& ętatem, conſuetudinem, ſeu mores,
& partis affectę actionem, dignitatem,
ſitum,magnitudinem,figuram,ſenſum,
& proprietatẽ,externa etiam omnia, a
quibus homo neceſſario afficitur,ut tẽ
pus anni,& regionem,& conſtitutionẽ

pręſen-

præſentem, ſeu morbos qui tunc graſſantur, & cum multa ſint, quæ in curatione indicationem habeant, & nihil eorum omnino contemni debeat, ſi curatio exacta futura ſit, quin uel minimum eorum aliquid curationi adijciat, uel detrahat, exactaq; curatio exurgat omnium indicationum maiorum, & minorum, ſimilium, & contrariorum concurſione conſtat nullum medicorum poſſe exactè, & adamuſſim curationē perfectam inſtituere, quia tam multarū rerum, neceſſe eſt alicuius ignorare naturam, aut intenſionem, magnitudinem ue. Cum itaq; multa medicos lateant, morbos naturales curantes, ut curatio niſi imperfecta poſſit haberi, quanto magis imperfecta, manca, ac debilis erit curatio ueneficorum morborum, quorum eſſentia, cauſę & multa alia vt plurimum ab ipſis medicis ignorantur quibus ignoratis, impoſſibile eſt, morbos curari poſſe, uel perperam curari, & cum diſcrimine ægrotantium, quin imo ſi medici rerum omnium naturalium eſſent gnari, ut ſunt Angeli, ac dę-

mones,

mones,& ad amussim mederentur, nihi
lominus maleficio affectos nequaquã
per seipsos sanitati restituere possent,
nisi uirtus superior dæmonibus, à Deo
ipsis medicis esset impartita, statuendũ
ergo esse in hac difficili dubitatione cẽ
seo, remedia naturalia aliqua ratione
iuuare energumenos,& morborum ve
neficorum nonnullos profligare posse,
si mites, ac leues sint, dæmonesq; ipso-
rum auctores annuant, uel statutum tẽ-
pus sanitatis ex fędere inito uenerit,
multum uero prodesse posse, ac etiam
perfectè curare posse, si ritibus, ac ora-
tionibus ecclesiasticis fuerint munita,
ideò pro curatione horum morborum
una cum peritis exorcistis medici sunt
uocandi, ut medicorum remedijs, &
exorcistarum precibus, coniurationi-
bus, ac medicamentorum, potionumq;
benedictionibus, ueneficia amouean-
tur, ac dæmones è corporibus expel-
lantur.

DE

DE CVRATIONE DIVINA. Cap. III.

QVo ad auxilia diuina, primo de curatione in uniuersali, postea de curatione cuiusdam particularis ueneficii erit agendum, Qui igitur ueneficio aliquo sunt affecti, uel a dęmone obsessi, quamprimum ad Deum optimum maximum confugere debent, & orationibus sedulis, ac deuotis auxilium ipsius implorare, peccata propria dolendo sacramentaliter confiteri, sacra communione sæpius se munire, uigiliis, ac ieiuniis, si uires sint ualidæ, carnem attenuare, ac ipsius impetus imminuere, uaria itinera peragere, & sanctissimæ Dei Genetricis, ac sanctorum delubra perlustrare, ac uenerari, ipsorumq; suffragia piis orationibus implorare, uberes eleemosinas pauperibus erogare, aliqua uota ex peritorum, ac piorum uirorum consilio facere, & quibusuis aliis operibus piis sedulam operam nauare, misericors enim dominus spectata illorum fide, bonisq; operibus placa

tus,

us, salutem impartiri aliquando imme
diatè consueuit, siue misterio sancto-
rum Angelorum, ut in ueteri testamen
to Thobiæ factum esse legimus. Quod
si pristinæ sanitati non restituantur, uel
ad huc a spiritibus immũdis angantur,
& affligantur, non despondeãt animũ,
sed ad ministros Dei accedant, qui ora
tionibus, ac saluberimo altaris sacrifi-
cio eos adiuuent, cibaria, potus, medi-
camẽta, uestes, ac indumenta omnia, &
habitationẽ, benedictionibus sacris, &
ab ecclesia sanctũ institutis, uel ꝓbatis,
muniãt, prius facta thalami, ac domici-
lii, uestimẽtorũ omniũ, ac reliquorũ u-
tẽsiliũ mutatione, in q̃bus ut plurimum
uis uenefica latet, p̃terea adiurationib⁹
frequẽtibus, breuibus licitis, & aliis si-
milibus oẽm dęmoniacã uim repellãt,
appositis p̃sertim in quattuor thalami
angulis, seu cunabuli si ægrotus sit in-
fans, quibusdã rebus bñdictis ex sacro
ecclesiæ instituto, simulq; cõscripti ora
tionibus, quorũ oronũ, ac breuiũ for-
mulæ duæ admodũ efficaces, ac ꝓbatę
mihi a q̃busdã piis, ac peritis sacerdo-

tibus

tibus exhibitæ fuerunt, pro curatione filiæ meæ ueneficio affectæ: interim instrumenta maleficij si qua sunt exterius apposita, diligenter inquirantur in culcitris, & alijs lecti rebus, ac thalami secretioribus locis, ac præsertim in liminaribus inferioribus ostiorum, ac inægrotantium indumentis, in quibus nonnunquam arte mira latenter ommissa inspiciuntur, quæ instrumenta inuenta igni à sacerdote peculiari ritu benedicto tradēda sunt, & comburenda, & hæc instrumentorum inquisitio non semel tantum est facienda, sed aliquibus uicibus reiteranda, presertim in Lunę coniunctionibus, & oppositionibus, in quibus instrumenta ueneficij renouare consueuerunt maleficij ope dęmonum, uel dæmones maleficis petentibus. Quod si sępè, ac sępius inquirantur, & comburantur ueneficii signa, adiurationes etiā, ac alia auxilia prosequantur, venefici morbi, ac ueneficia oīa ꝓculdubio euanescēt, & in hac parte nō est audiēdus Ioannes Budinus, q arbitratus est, non licere instrumenta

hęc

hęc diabolica, ſeu ueneficia perquirere, ne homines exiſtiment, huiuſmodi res uim habere lędendi, uel interimendi, cum ex ſententia Theologorum liceat ac meritorium ſit opera dęmonis deſtruere, faſque ſit ad ueneficos confugere, ac rogare, ut deſtruant opus ueneficii non ex noua cum dæmone pactione, uel medio alio maleficio, ſed ſignum fęderis, uel inſtrumentum maleficum amouendo, ad cuius ablationē ex pacto inito cum Sathana, ipſe dęmon deſinit a læſione, quod ſi ad ſortilegos licet accedere, quanto magis licebit cuilibet talia inſtrumenta, & ſigna perquirere, auferre, ac ſoluere, ſi ea reperiat; Nec ſatis mirari poſſum de Paulo Ghirlando Iuriſconſulto, qui aſſerit, huiuſmodi morbos ueneficos nō poſſe depelli, accurari, niſi ex ſcientia artis maleficæ, & dæmonis inſtructione, ac per eiuſdem artis magiſtros, quod tamen prorſus a ueritate alienum eſt, & cōtradicit ſacroſanctę Eccleſiæ, qui uarias adiurationes, diuerſaque auxilia ſacra proponit pro curatione

Tract.de ſortile.q. 2. nu. 4.

tione horum ægrotantium, & dęmonia
corum quorumcumque ex maleficio:
opinio huius Doctoris decepit iampri
dem quendam nobilissimum nostrę ci-
uitatis præsidem, qui cum multas ex re
latione ueneficas, ac ueneficos in car-
ceres coniici iussisset, tunc enim inume
ri ab huiusmodi scelestis hominibus
uariis ueneficiis erant affecti, habita a
Pontifice maximo facultate, etiam in
carcerem coniecit quendam sacerdo-
tem quamuis dignitate ecclesiastica in
signitum, eo quod profiteretur male-
ficia depellere, ac sanare, cum tamen
ipse adiurationibus sacris, & aliis supe
rius relatis diuinis auxiliis dumtaxat,
palam uteretur, iudex autẽ arbitratus
est, ea prętare arte magica, & dęmonis
instructione, asserens etiam illud quod
in uulgi ore circumfertur, quod qui cu
rare sciunt, ea etiam immittere didice-
rint, quod tamen falsum est, ut ex supe-
riori ueneficorum diuisione patet, non
enim omnes sortilegi possunt uenefi-
cia ab ipsis uel ab aliis illata, destruere.

DE

DE VOMITV, AC VOMITORIIS. Cap. IIII.

ET quoniam nonnulli Exorcistæ posuerunt falcem in messem medicorum, proponētes uaria uomitoria, potiones, linimenta, suffitus, balnea, & alia huiumodi, quibus sine ulla differentia, ac temerè, artem profitentes hanc, utuntur insigni cum ęgrotantium læsione, ac periculo, eapropter, ne in posterum circà usum ipsorum error cōmittatur, ea sigillatim, necnon omnia alia simplicia medicamenta, quę ad ueneficia depellenda cum antiquiores, tum retentiores usurparunt, ad examen reuocare decreui, si tamen prius nonnulla circà unumquodque remedium in genere obseruanda proposuero, ac methodum quandam tradidero, qua tutè, ac utiliter adhiberi ægrotantibus possint, & primo loco de uomitu, ac uomitum cientibus medicamentis uerba faciam. Non est negandum, euacuatio

nem per uomitum factam, multos rebelles, contumaces, ac diuturnos morbos, & quos nec alia remedia superare possunt, sępius profligare, experientia enim comprobatum est, eos morbos potissimum, qui sedem suam, & causam habent in uentriculo, uenis meseraicis, mesenterio, ac in cauis Iecoris, ac Lienis, purgationem per uomitum factā sanare, superuacaneos enim omnis generis humores ex ipsis fontibus sinceros elicit, & euacuat, quos plerūque neque Hiera, neque aliud uehementissimum medicamentum ad inferiorem uentrem ducere potest, idcirco omnibus opitulatur affectibus, qui a pręcordiorum impuritate ortum accipiunt, omnibusque capitis affectibus qui præcordiorum Sympathia contracti sunt, necnō iis etiam qui in reliquo corpore ex eorundem uiscerum uitio, & effusa impuritate, gignuntur, Nihilo minus nostra ętate cum ualidis illis antiquorum uomitoriis medicamentis cautè est agendum, tum quia inconsueta sunt, & sine graui molestia ea, la-

borantes

borantes perferre non possunt, tum ét quod robustiores natura requirit uomitio, deiectione ipsa, & multa alia sint animaduertenda, quibus neglectis uomitoria medicamenta periculis plena sunt. Vomitoria non conueniunt omnibus, iis enim, ut scribunt Galenus, & Oribasius, qui violenter, uel difficulter uomunt, non mediocre imminet periculum, ne uas aliquod respirationi deseruiens, uel uena aliqua frangatur, uisus lędatur, uel aliquod aliud incómodum sequatur, ideo Galenus memorię prodidit, eos qui angustum habēt thoracem, & idcircò compressum pulmonem, ad euomēdum ineptissimos esse. Præterea in habentibus partes ad abdomen attinentes graciles, uomitum esse periculosum. Insuper cum uentriculus infirmus est, & totius corporis in se excipit redundantias, uomitus uitandus est, in sanguinis reiectione; uteri strangulationibus, nauseabundis naturis, & iis, qui suffocatione uexantur, & qui ex qualibet occasione capitis dolore affliguntur, qui suffusionem su-

libr. quos purg. con. l. 8. colle. cap. 21

2 aph. cõ. 35

l. de hum. com. 1

ſpectam habent, & omnibus oculorum affectibus, necnon iis, qui in primis uenis copiam crudorum humorum habent, uomitus ſunt noxii, ac contrarii Hippo. etiam in purgationibus uentris ſuperioris excipit tabidos, non actu tamẽ tabidos ut exponit Galenus, ſed pronos natura ad tabem ipſam, eximit & melancholicos, quoniam humor melancholicus ob ſui grauitatem facilius per uentrem inferiorem educitur. In uomitu etiam conſiderandum eſſe tempus opportunum docuit Hippoc. cum purgationes ęſtate magis per ſuperiores; hyeme uerò per inferiores uentris partes faciendas eſſe in Aphoriſmis dixit, & quamuis a ſeipſo diſſentire uideatur; cum libr. de ſalubri dięta ſex brumalibus menſibus per uomitiones purgandum percipiat, cui & Celſus aſſentitur, uomitum hyeme utiliorem eſſe, quàm ęſtate aſſerens; nullam tamen in dictis ipſius apparentem controuerſiam eſſe Galenus ita explicat, quod quando hyeme in uentriculo generatur pituita, ipſa uomiti-

Aetius ſer.3.c.9

li.4. aph. 8.& 9.

4.aph.4.

bus

bus expurgari, & bilis æstate innatans, deorsum trahi debeat, at si uniuersum corpus sit euacuandum, æstate, per ventrem superiorem, hyeme, per inferiorem purgare conueniat; habita ratione regionum, & locorum, ad quæ natura humores uergunt, & inclinant, quod si nimis fluant ad aliquam partẽ, & opus sit eam tueri, ad opposita reuellere conducit; Pręter tempus, regiones etiam calore, frigoreque distinctas ad anni tempora æstimari debere. Et idẽ de ætatibus sentiendum esse, animaduertit Gal. & cum medicamenta, quæ ciendi uomitum uim habent, multiplicia sint, uariisque rationibus uomitum excitent, & ideo omnibus ægrotantibus, ac morbis, æqualiter nõ cõueniãt, eorũ differentias, ac proprietates, quãtitatemq; conuenientẽ exhibendam ignorare non debemus, Medicamenta igitur, quæ uomitum excitandi facultatẽ habẽt, quædã sunt leuia, ac clemẽtia, alia vehemẽtia, & nonnulla mediocria, inter leuia uomitoria, alia laxãt, & molle reddũt os uẽtriculi, & ad uomitũ libr. quod purg.

pronum, aliqua verò humores aptos reddunt, ut per eos reijciantur, & hæc primæ classis uomitoria, nulla, aut minima naturæ molestia; uomitum concitant, vehementia, ac mediocria uomitum cientia; sunt ea, quæ excrementa ad uentriculum attrahendo ad superiorem partem mouent, & propriè uomitoria dicuntur, quod si ualidiora existant, naturæ ipsi vim magnam inferunt, ut uomitu uacuent, mediocrie uero non ita ualide naturæ negocium facescunt, sed mitius agunt. Inter leuia uomitoria, quæ os ventriculi laxant, ac molle reddunt, sunt quæcunque pinguia, & oleaginea constant substantia, & tepidè adhibentur, ut oleum oliuarum, ius pulli, aqua lactis, uarij cibi, ac diuersę naturæ, in copia ingesti, uinum dulce; aqua hordei, aqua stillatitia camomelli, hordei cremor; & similia. In numero eorum quæ parant humores, ut uomitu facilius reijci possint, sunt autem syrupus acetosus simplex, oximel simplex, oximel compositum, oximel scylliticum,

acetum scylliticum, mel rosatum, mulsa, sed vt hęc mixta cum prioribus exhiberentur, inualuit cõsuetudo, ideo Hippocr. lib. 7. Epid. proponit uomitoriũ num. 53.
ex aqua, aceto, & sale. Galen. 2. de antid. Hidreleon, necnon aquam calidã, cap. 7
& acetũ mulsum, 8. vero Meth. laudat Mulsam, & ptisanę cremorem, in 2. ad Glauconem in bilosis febribus exquisitis, & simplicibus commendat Hydreleon præter enim quod uomitum ciet, obtũdit acrimoniam humorum, qui os uentriculi uellicare possent, in tertianis uerò nothis, quotidianis, & quartanis, magis probat aquam cum aceto, uel oximelite. Horũ medicamentorum ad uomitum concitantium quãtitas debet esse multa, à libra una uidelicet, ad libras duas, & tres, ita pro vncijs nouem aquę simplicis, uel aquæ hordei, & similiũ, possumus accipere vncias tres aceti, uel oximellis simplicis, oximellis uero compositi, aceti uel oximellis scyllitici etiam binæ uncię satis erunt. Inter leuia uomitoria, nonnulli neoterici numerant pennã oleo intinctã, ac digitos

in fauces immiſſos, cum tamen potius irritamenta quædam,& auxilia ad facilius uomendum ſint, quam uomitoria. Quæ mediocriter uomitum excitant, ſunt flores & ſemen Anethi, ſemen & radix Atriplicis, ſemen Erucæ, ſemen Rapi; radix Raphani, radix Peponis, ſemen Naſturtii, ſemen Dauci, radix Bethonicæ Cnicus, Cartamus dictus, quę decoquũtur modo in aqua ſola, modo in aqua & oleo ſimul, ac propinantur ad menſuram ſaltem unius librę, accipiendo partem unam horum medicamentorum, & partes decem aquæ ſimplicis uel cum oleo mixtæ, & decoquendo quouſque quinta, uel ſexta pars abſummatur, quibus interdum additur oximel, uel aliud ſimile, in hoc genere uomitum ciẽtium recenſentur etiam Nitrum, Sal gemmę, ac ſal Indũ, ideò Galenus proponit uomitorium

3.d. med. fac. para. cap. 76

ex aphronitro albo in aqua tepida cõiecto, cum modico olei ad myſtri menſuram exhibitum: ex Raphani uerò radicibus conciſis ad uncias duas acceptis affuſa mulſa, uel oximelle ſuccus

expri-

exprimitur, tepidus offerendus, huius etiã ſeminis quod efficacius ſit ſemiun cia, uel drachmæ tres ſi terãtur, & mulſa uel ſerũ, uel aqua hordei addatur, erit aptũ medicamẽtũ: Qui ſucci Raphani uncias tres exhibent, uereor ne mediocritatẽ uomitorij excedant; Dioſc. *l.4.c.1* ad pituitoſam uomitionem excitandam, Bethonicæ radices ex Hydromelite laudat; Peponis radix arida & trita datur ex aqua mulſa a ſcrupulis duobus ad drachmam unam. Inter uehementiora uomitum cientia recenſetur Helleborum albũ, Struthium quæ radicula, & herba lanariç dicitur, Thymeleon, Balanus Myrepſica minor, quæ & Glans unguentaria à Dioſcoride appellatur, Lathyris a recentioribus Cataputia minor nuncupata, Ricinus ſiue Granum regium Thapſia, Ruta agreſtis, ſiue Syluestris, radix Cępę, Naſturtii ſemen, Exclaminis radix, & ſuccus, Eupatorium Meſue, ſeu Gratiola dicta, Agaricus, Narciſi bulbus, Bulbus uomitorius, Geniſtæ Flores, & ſemen

ſemen, Vrticæ ſemen, Aſari folia & radices, corticis Iuglandis arboris ſuccus madeſcentis arefactus, ac tritus, Sparthum maius, Hydrargyrum, & Stybium præparatum; Antimonium uulgo dictum, quod fortaſſe inter mediocria erit numerandum: poſſumus florũ Geniſtæ drachmas duas, uel plures exhibere, ex quibus copioſa per uomitũ, & interdum etiam per ſeceſſum euacuatio, & excrementorum diuerſorum colorum, ac ſaporum, ſuccedere ſolet, ueneficio enim affectis multum prodeſſe nonnulli experti ſunt. Vrticæ ſemen tritum ex aqua mulſa, aut leniente iuſculo, & ſacharo a dimidia drachma ad integram propinatur. Aſarum primo uentriculum, deinde uicinas, ac etiam abditiores partes ex interuallis purgat, è quibus craſſam pituitam, ac bilem æruginoſam educit, tutum eſt medicamentum, præſertim cum exquiſitè non teritur, eius uiridia folia exhibentur à quinque ad octo trita, & affuſo uel Hydromelite, uel ſero lactis, uel leniente decocto expreſſa; Radix uerò,

rò, cuius prçcipua uis est, trita datur ex
simili liquore a dimidia drachma, ad
scrupulos quattuor, maceratur uero in
eo ipso liquore a drachma una cum di
midia, ad tres, expressumque propina-
tur, coctura eius uis euanescit, quem-
admodum & aliorum omniũ ferè, quç
uomitione purgant: Tithymallorum
succus binis obolis in posca sumptis,
& cum aqua mulsa uomitiones mouet
ex Dioscoride, ac Plinio, Spartii flores l. 4. c. 169
& semina quinis obolis in aqua mulsa l. 26. c. 8.
pota purgant per superiora uehemen- l. 4. c. 152
ter, Ellebori uice; ut refert Diosc. semi
nis Lathyris decem uel duodecim gra
na a putaminibus delibrata, tusaque &
ouo sorbili deuorata uomitum poten-
ter cient, ideo utiliter exhiberi iis sua-
det P. And. Matthiolus; qui philtra de-
uorarunt; uel alia ueneficia, quoniam
ea efficaciter expellunt. Hæc medica-
menta ui uomitoria ualida, & efficaci
prædita; si in decocto exhibenda sint;
excepto Helleboro, & nonnullis aliis
vehementioribus communiter accipe
re possumus ad unciam dimidiã, aquæ
uero

vero vncias quattuor uel quinque, & ipsa calefacta eos macerare, vel leuiter ebullire, si autem succo eorum uti magis placet, exhibeatur ab uncia dimidia usque ad integram unciam. Circà usum horum medicamentorum uomitum excitantium Dioclis pręceptum quantum fieri potest, seruandum est, vt ea quę medicamenti uim habent, quæque efficacia sunt non propinentur, sed familiaribus, & præsertim quæ consuetæ uictus rationis sunt, utamur, quare leuioribus, uel mediocri facultate pręditis crebrius utendum esse suaderem, tuta enim, commoda, ac citrà noxam succedet euacuatio, pęnnis, ac digitis ventriculum irritando donec euomat, uelut consulit Hippoc. lib. de morb. mul. uentriculum anteà fomentis præparando; In morbis uerò, qui suas actiones habent in ipsis accessionibus uomitoria dare nō debemus, tunc .n. sua spōte sursum eleuantur humores, in alijs uero quandocunque contigerit. Cum autem Helleborum album inter ea, q̃ uomitum concitāt maximā vim, & effi-

Orib. l. 8. collect. c. 22

caciam

cacima habeat, uiolentissimum enim excitat uomitũ, ut suffocationem non nunquam facere consueuerit, & conuulsionem, quam Hippoc. lethalem iudicat, non est ita passim, & sine discrimine, ut nonnulli faciunt, in quolibet morbo & ægrotante exhibendus, sed si ægrotantis natura sit ualida, morbus sit diuturnus, contumax, ac penè indomitus, tempus adsit opportunum, & leuiora remedia nihil profuerint, potest Helleborus exhiberi, si tamen præcedat sicut & in usu cuiuscamque medicamenti uehementer uomitum cientis obseruare debemus, humorum pręparatio, sicut docet Galenus ut crassi attenuentur, tenaces dissecentur, ac uiæ aperiantur, uis enim medicamenti quæ diuellit, cum humores affectis membris altius inhærentes, excutiat attenuatis humoribus facilius opus suum absoluit, quod qui negligunt molestas obeunt purgationes, tutius ergo erit utilius, qui Helleborũ est sumpturus, natura experiatĩ, quomodo se habeat ad supernas pur-

libr. quos purgare.

2 aph. c. 9

purgationes, quę mediocriter prouocant exhibendo; qui enim hoc pacto non purgabitur; nisi pręparatus ad Helleborum est cogendus, præparatur autem uomitu sępius facto; Plinius præci-
l. 25. c. 5. pit etiam, ut ante quam detur Helleborus, septem diebus ante præparetur cibis acribus; abstinentia uini; tertio & quarto die uomitionibus, & pridie cęnæ abstinentia, qui etiam prohibet ipsum dari pueris; senibus; mollis ac fœminei corporis animive, exilibus, aut teneris, & fœminis minus quàm uiris, causari, uel latere uel faucibus, & quoniam sum pollicitus unumquodque remedium cum simplex, tum compositum ad ueneficium curanda propositum ad examē reuocare; isti Exorcistæ mihi sępius proposuerunt quoddam vomitorium, quod recipit Hellebori albi; Hypericonis, ac sacchari rosati cuiusque drachmam unam cum dimidia; & thuris drachmam dimidiam; in quo vomitorio animaduerto nonnulla, quod Helleborus albus si propinandus est, non debet excedere drachmam

mam

nam vnam, nec decoqui ad medietatem, cum superius dictum sit, uomitoria ista leuem sustinere decoctionem, pretereà saccharum rosaceum facta decoctione debet addi, & misceri, non autem decoqui. Ego reperio rationes tres exhibendi Helleborum tutiores, ac magis probatas, quarum prima est, ut accepta drachma una radicis Hellebori electi, & optimi, maceramus ipsã per noctem in ciatho uini albi potentis ad ignem calefacti, & facta colatura, mane tepida seu calida exhibeatur; Secunda ratio similis huic est, Helleborum ipsum in iure pingui, uel uino dulci, aut leniente decocto cum Cinamomo & Aniso nocte una macerare, & facta colatura cum sacharo exhibere; Tertius modus est Galeni, Helleborũ simpliciter, uel Raphanis infixum per diem, ac noctem in aceto mulso macerare & propinare, sic enim leuiter purgare affirmat Galenus; Nonnulli postquã tribus uicibus per interualla propinarunt decoctum Hellebori, iubent aliud medicamentum exhiberi, quod

lib. quos pur. opor.

reci-

recipit drachmas duas florum Geni-
ſtæ,& totidem Hypericonis, Marubii,
Iuæ,ac Rutæ,ut pondus omnium aſcē-
dat ad drachmas decem, circà quod
medicamentum plura errata animad-
uerte,& primum eſt,cum flores Geni-
ſtę purgare per ſupra uehementer Hel
lebori uice ſcribat Dioſc.quamuis etiā
l.4.de ma ter. med. per ſe cæſum nonnumquam euacuare
experiamur, cum aliud uehementiſſi-
mum medicamentum pro uomitu cien
do ter ſit exhibitum, non debent miſe
ros ęgrotantes alios ſatis ualido medi
camento torquere, & euacuare, cum
euacuationes, quæ ad extremum dedu
cunt ſint periculoſæ, reiteratæq; ex ua
lidioribus purgantibus Dyſenteriam,
Animi defectum,Febres peſtilentes,&
multa alia grauiora mala facere poſ-
ſint:quod ſi in animo habeant per aliū
educere humores peccantes,pręmitte
re debent eorum concoctionem, ac
prępararationem,& poſtea exhibere ea
medicamenta,quæ duntaxat per uen
trem inferiorem humores infeſtante
deturbare poſſunt. Secundum erratū
eſt

eſt, quod cum flores leuiſſimam ſuſti-
neant ebullitionem, & ipſi iubeant e-
lixari ad conſumptionem medietatis,
facultas eorum euaneſcet. Tertium cõ
ſiderandum eſt, quod vel iſti cum hoc
medicamẽto proponunt euacuare no-
xios humores, aut eos præparare, edu
cere uerò non cõuenit, prius quam nõ
concoquantur, & cum trina per Hele-
bori aſſumptionẽ euacuatio præceſſe-
rit, hòc uerò medicamento ſuccos di-
gerere non poſſunt, cũ deiectoria pol-
leat facultate, & ſimul euacuare, ac prę
parare non ſit poſſibile. In ſuper cũ in-
gredientia hanc compoſitionem ſint
excellenter calida, & ſicca, ut ſecundũ,
ac tertium gradum attingant, calidis
morbis & à cauſa calida ortis, naturis
Biblioſis, Melancholicis, Sanguineiſ-
que, nec in ęſtate, & calidis conſtitutio
nibus, medicamentum nõ cõpetit, nec
in morbis frigidis niſi poſt multum tẽ-
pus tuto propinari poteſt, cum ut pluri
mum ex craſſis humoribus, ac uiſci-
dis ipſi fiant, & ſi febres ſint à ualidis
obſtructionibus, ſi enim à principio
 exhi-

exhibeantur, ſua caliditate humores il los craſſos, tenaceſque colliquabit, ac fundet, ità ut morbi difficiliores curatu reddantur, & ualidiores obſtructiones fiant, ideo melius conſultum erit ægrotantibus, ſi exorciſtę abſtineãt ab hiſce medicamentis, & medicos conſulant, qui opportuna adhibebunt remedia, quæ ab exorciſtis benedictionibus ſacris munita, tutò ægros ſanare poterunt.

DE BALNEO, Cap. V.

VT venefici morbi aboleantur, curenturq; Exorciſtæ proponunt balneum quoddam ex liſciuio cum cinere Oliuarum, & aqua fluminis paratum, in quo ebullierint, Ruta, Sabina, Hypericõ, Artemiſia, Verbena, Palma Chriſti, ac Ariſtolochia rotunda, in quo balneo iubent totum corpus ægrotantis immergi, & ablui, quod quidem remedium potius omittendum eſſe, ſuaderem, cum balnei uſus tot expoſcat conditio-

ditiones cum ex parte morbi, & ægrotantis, tum ex parte balnei, & ministrorum, ut difficillimum sit, omnes simul conuenire, si tamen placeat ipsum experiri, ut innoxius sit illius usus, nonnulla sunt animaduertenda, qualis nempè sit morbus, quę partes sint affectę qualis ęgrotantis constitutio, quę nã ętas, qui sexus, qui mores, & an pręcepta medicorum ægrotantes seruaturi sint, morbi tempora cum uniuersalia, tum particularia consideranda, & antequã ingrediatur æger balneum, cogitandũ est de totius corporis purgatione, qua peracta, cognoscere modum, & tẽpus ingrediendi, & insidendi in ipso, quotque diebus usurpandum sit, post cuius usum nonnulla sunt executioni mandanda; si itaque morbus sit calidus, a causisque calidis ortum ducat, ut Febris tertiana; Febris Synocha, uel ardens, uisceris alicuius inflammatio, Febris hectica, uel insignes adsint obstructiones, non conuenit huiusmodi balneum, cum egregiam uim excalefaciẽdi, & exsiccandi habeat, paratur enim

ex lisciuio, & simplicibus strenuè cale facientibus, & siccantibus, in quolibet etiam grauissimo, & acutissimo morbo non sine discrimine ægrotantium balneum quodcunq; etiam ex aqua simplici adhibetur, cum uires imbecilles reddantur, & cibo paucissimi nutrimẽtiuesci cogantur, præsertim si ægrotans calidum & siccum iecur habeat, uel cum eo etiam totum temperamentum, uel melancholici, ac gracilis sit habitus, aut uiscus aliquod ut Iecur, Ventriculum, Pulmonem, Renes, Mesenterium habeant imbecille, balnei usus erit noxius, sua enim caliditate, & siccitate augeret intẽperiem calidam; & membra languidiora redderet. Insuper qui in primis uenis crudorum humorum copiam habent, non sunt ad balneum admittendi, sua enim calida ac digerente facultate humores funderet, ac intra uenas traheret, ex quo obstructiones, & alia mala emanarent. Qui uires imbecilles, ac languidas habent, qui cibũ fastidiunt, & malam habent in uentriculo

affe-

affectionem, nausea affecti, biliosa eructantes, si è naribus sanguis copiosè fluat, si alui fluore torqueantur, uel aluum nimis astrictam habeant, balneum est uitandum. Infantes, ac pueri difficile, deinde mulieres, postea qui delicatã temperiẽ sunt sortiti, uim huius balnei perferre haud poterunt, difficillimè verò omnium senes ob humorum paucitatem & multam spirituum resolutionẽ. Nec quolibet tepore balnei usus est idoneus, vbi enim aer pestilenti aliqua qualitate sit affectus, maximè nocet balneũ, in uehementioribus ét frigoribus & anni tempore æstiuo ęquè fugiẽdũ est, nam hyeme dissoluti qui antea quiescebant humores, dum inter digerẽdũ a cõtrario anni tẽporis impetu, incautos ualidius irruit inuaditq; frigus, necessario in aliquã impelluntur partem, ac morbum ibi procreantes grauiter homines offendunt, ęstate uerò media, cum iam ardor uiget, & calor ad externa propensus fertur, balnei usu reliquum quod est caloris dissipatur, internæque facul

tates debiliores fiunt. Neque balneum assumendum est post assumptum cibũ, uel adhuc non concoctũ, corpus enim crudis humoribus repletur, nec post longiorem inediam, quia uires nimis diminuerentur; Minusque imperandũ est balneum nisi prius corpus expurgatum pharmaco exactè fuerit, cum balneum subtiliores humores tãtum euacuet, crassiores uerò eliquet, & fundat per uniuersum corpus, uel obduret. calida tamen balnea, quæ ex nostra industria parantur, commoda sunt, cum frigiditatem infestantem sedare, aut lassitudinis affectum, aut cõuulsionem, aut dolorem mitigare uolumus, & nonnullis aliis affectibus frigidis conuenire possunt: tunc uerò comparandę sunt simul qualitas balnei & partes corporis, nam si aliqua pars ut Iecur, uel Renes reperiatur, cui, uel quibus balneũ obesse possit, præmuniri debent aliquo linimento, aut cerato, ut cum Vnguento Rosaceo infrigidante, Sandalino, uel aliis paratis cum succo Cicorij, Hepaticę, Aceto, & similibus: Quod si ad

balnei uſum ſuper enarratæ conditiones reperiantur, non debet æger ſe in ipſum precipitare, ſed sẽſim, ac ſenſim deſcẽdere, ut prius inferat pedes, mox crura, poſteà paulatim corpus totum uſque ad ceruicem, obſeruando, ut caput tectum habeat, ne à balnei uaporibus repleat̃, ut aqua pariter quieſcat, cumque in ipſo fuerit æger, conſiſtat, cum enim mouetur eger, & aqua agitatur, magis mordicando horrores fiũt, ad quos ſequuntur contractio ipſius cutis, & meatuum coanguſtatio, & capitis dolor, ex copia uaporum qui ſurſum eleuantur; Aqua uerò ſit calida actu, non tamen uſque adeo, ut ſudorẽ prouocet copioſum, uel rigorem inducat, uel animi defectum, quæ caliditas moderanda erit habita ratione temporis, morbi, ætatis, & corporis temperamenti. Mora in balneo debet eſſe longa, uel breuis habita ſuperiori animaduerſione, ad aquæ calidę facultatem, ad morbum, ætatem, habitum, uires, & ſimilia, & cum exorciſtæ de numero dierum non meminerint, quot ſcilicet

diebus ęger uti debeat balneo, ij ſunt à medico ſtatuendi; qui ſemper ad iã enarrata reſpiciet. Quod ſi in balneo aliquod accidens ſuperueniat, ut ardor uiſcerum, & totius corporis, ſudor copioſus, animi defectus, dolor capitis uigilię immoderatę, & ſimilia, omittendum erit balneum, & ſymptomata curanda. E balneo egreſſus ęger, per miniſtros abſtergatur, & ad cubiculum benetectus accedat, & ſi ſudor emanet, abſtergatur leni linteolo, & ſi laſſitudinem percipiat, poſt aliquam moram dormiat, nec cibum ſtatim poſt balneum ſumat, ſed cum balnei calor ceſſauerit, & per totum corpus quietẽ percipiat, uel ut dicit Galenus, ſed ata quæ eſt à balneo perturbatione, cibus enim uel potus, qui protinus ſumitur, caput replet, ſuperfluitat, ad oſque uẽ triculi aſcendit, necnon crudus ad circumferentiam, & totum corpus trahitur.

li. 1. acut. com. 55.

DE SVFFVMIGIIS.
Cap. VI.


Vffumigationẽ in religione nostra præcipuum habuisse locum, sacrę testantur literæ: in Exodo enim præcipit Dominus Moysi, ut sumptis nonnullis aromatibus, faceret suffimentum Thymiama dictum, quod in pollinem redactum poneret coram tabernaculo testimonij, rogauitq; Salomon Hieram Regem, ut illi opitularetur ad construendum domum nomini Domini Dei, in quo adolere thus coram illo, & aromata fumigare posset. Nec dęmones Dij gentium honore carere uoluerunt, in maximo enim usu fuisse suffitus apud Idolorum cultores apertum est: nam cum Tyrrani Christum sectãtes cogere uellent ad amplectẽdam illorum falsam religionem, proponebant illis ut thus Dijs suis sacrificarent, & propterea fumigationes apud eos, qui magicis incantationibus operam dare consueuerunt, vsu ualuerunt, ut ex illis Virgilianis uerbis inter cætera constare

potest,

poteſt, quę leguntur in Pharmaceutria hoc modo.

Effer aquam, & molli cinge hæc altaria Vitta,
Verbenaſque adole pingues, & maſcula thura.

Et rurſus ex illis.

Sparge molam, & fragileis incende bitumine lauros.

Suffumigia uſurparunt etiam antiquiores Medici, ut Hippocratis teſtimonio conſtat, qui iubet Thymiamata ad fugandam peſtilentiam ex rebus odoratis paranda eſſe. Hinc illa apud priſcos emanarunt pro fumigij alimento, Laurus, Iuniperus, Roſmarinus, Saluia, Thus, Mirrha, Maſtix, Therebintina, Myrthus, Roſa, Sandali, Camphora, Cortices pomorum, Cupreſſus, Cedrus, Lignum Aloe, Aqua Roſacea, Acetum, Vinum odoratum, atq; alia ſexcenta, hinc innumerę reperiuntur ſuffituum cõpoſitiones, & præſertim apud Aetium, in fine ſuorum Sermonũ. Suffumigatio ad multa utilis eſt, membra enim præcipua, ac cor potiſſimum, ſi ex aromatibus ſit parata, corroborat,

Ser. 16. cap. 122

humo-

humores crassos ac frigidos thoracis
extenuat, ac ad expulsionem aptos red
dit, si ex conuenienti materia paretur;
eosdemque paratos purgat, & educit,
ideo Antyllus medicus referente Ori- *l. 8. Colle.*
basio, pro anhelosis, & erecta ceruice *cap. 12*
spirantibus, & posteriores in antiqua
tussi, quæ alijs remedijs non cedit, in vl
ceribus faucium, gargareonis, ac pala
to in empiemate, in rebelli, ac firmata
lue uenerea, potissimum si ex malignio
ri materia paretur, in discutiendis pi-
tuitosis articulorum tumoribus, ac in
roborandis musculis, ac neruis pituita
imbutis, & laxioribus factis, ac in mul-
tis alijs affectibus eam commendant;
Nostri etiam Exorcistę ad depellenda
ueneficia, eijciendosq; spiritus malos
corpora obsidentes, suffimigia expe-
tiuntur, alij odorata fœtidis miscẽtes.
Thus, Myrrham, Styracem, Laudanũ,
Garyophillos, Muscum, & Galbanum
accipiũt, nonnulli ingrati odoris dum-
taxat, Galbanum, Sulphur, Asam fœti-
dam, Aristolochiam, Hypericonem, &
Rutam usurpant, nullam habẽtes mor-
borum,

borum, ætatum; ac temporum distin-
ctionem; Aetius habet quoddam suffi-
Ser. 13. mentum Berenices dictum, quod ex
cap. 119. aliorum sententia immundos spiritus
arcere scribit, & quoniam hæc omnia
calida sunt; & calidi natura est ascen-
dere, propterea ad caput ascendunt, &
secum alios uapores adducunt; qui si-
mul caput implentes, ipsius grauitatē
faciunt, præterquam quod & sua cali-
ditate inflamationē progignere, & hu-
mores frigidos fundēdo, Epilepsiam,
Apoplexiam, Cōuulsionē, & alios gra-
ues morbos excitare possent, ideo cau-
tè cum his est agendum, & nisi corpus,
& caput prius purgatum fuerit, tuto ip-
sa adhiberi non possunt; Tem-
pus utendi erit de mane,
cum uentriculus a
cibo erit ua-
cuus.

DE

DE LINIMENTIS, AC OLEI VSV. Cap. VIII.

SVperioribus propositis remediis; Exorcistæ addunt Linimentum oculis, fronti, auribus,pectori; cordi, ac nonnullis aliis partibus adhibendum, quod ex simplici oleo oliuarum,uel ex composito ex Ruta, Saluia, Anetho,& aliis similibus paratur,si oleum sit simplex,animaduertendum esset,an ipsum sit ex oliuis maturis,an acerbis confectum,an nouum sit,uel uetus, & qualis sit morbus, pro cuius abolitione adhibetur,nam si morbus esset summè calidus,uitãdum esset oleum uetus,& multo magis compositum, sua enim caliditate;& ex frequenti usu augere affectũ posset, & ipsius loco recens, & quam dulcissimũ adhibere rationi esset cõsentaneũ ; & etiam lotum, si expediret,ità enim exueret omnem acrimoniam. Quod si affectus sit frigidus, uel a causa frigida ortus , tutius est uti oleo anti-

antiquiori, & clariori; oleum ex oliuis immaturis omphacinum appellatum, nisi in sudoribus diaphoreticis, & Cardiaca passione conueniens est, in aliis uero affectibus ob suam astrictionem uitari debet. Nec solum pro linimento oleum commendāt, uerum etiam pro potu, quem quidem in aliquibus casibus proficuum esse, & in pluribus tuto adhiberi posse arbitror habita superiori distinctione. In dolore superioris uētris oleum simplex bibendum dabat Galenus, uel aqua temperatum, & si opus esset non solum uomitum irritare, sed & uentrem molliorem facere, oleū commendat, cum enim oleum dulce in caliditate sit symetrum, & cum natura nostra familiaritatem habens, non solū egris, uerum etiam & sanis conuenit, ut nos docuit Gal. et si ægrotās esset puer ablactatus, cum frequēter a lumbricis infestentur, tutius ac citius illi propinandum erit oleum, cum ex sententia Aristotelis, ac Galeni, oleo insecta necentur, & id quotidiè experiamur.

6. Epid. com. 6. 2. ad Glaucō. c. 14. l. de ren. affec. dig. cap. 6 de cogn. curādisq; animi. affec. ca. 9. & 2. simpli.

DE

E SIMPLICIBVS, AC NONNVLLIS *compositis medicamentis sua facultate venefi-cia curantibus, ac dæmones expellentibus, quorum medicamentorum manifestæ etiam qualitates explicantur.* Cap. VIII.

ANte quam ad particularem curationem descendã, opere pretium esse duxi, illa recensere simplicia medicamenta, quę ueneficijs aduersari creditum est, necnon illorum facultates explicare, ut habita medicamentorum sylua, unusquisque facilius pro uarietate morborum, ac ęgrotantium, diuersa etiam seligere medicamenta possit, & ut à Ruta initium summam, huic peculiarem inesse facultatem ad depellẽda ueneficia existimat in Problematibus Aristoteles, ubi huius rei causam quærit, necnon Plinius ad eadem prę-cauenda eius succo perunctos, uel eã habentes plurimum ualere credidit. Nostri etiam Exorcistæ ut dæmones prodantur, & etiam expellantur, passim ruta utuntur. Domesticam rutam tertio

20. Probla. 34

l.8.Sim. medica-ment. tertio excessu excalefacere scribit Galenus, ex quo uim habet incidendi, digerendi, prouocandi, ac flatus potẽter expellendi, & teste Dioscoride aduersus uenena ualet. Inter Hypericũ, perforatam uulgo dictam; ac dæmones; tanta uidetur antypatia, ut eius suffitu frequenter recedant, quare nostri fugam dæmonum appellant, cuius facultas manifesta est, calefacere, & siccare, cum tenuitate partium, Verbenacam, seu Verbenam; & Berbenam dictam ab antiquioribus herbam sacrã nũcupatã fuisse testatur Dioscorides; *lib.4. de med. ma. cap. 56.* eo quod multum ad amuleta, expiationesque commendaretur, de qua etiam Plinius scribit; magos ex ea febres abigere; amicitias conciliare; nullique morbo non mederi; Hanc ualenter desiccare, ac discutere; & perfectè corroborare ait Galenus: *8. Simp. & 2. de cop. medic. loc.* ideo Archigenes; referente Aetio; ipsam capillos fluentes sistere, radicis decoctum dentium dolorem sedare, Colicis, Epilepticis, quotidianariis; ac quartanariis, Podagræ, ac Ischiæ succurrere arbitratus est.

est. Herbę Paridis semē cōtra veneficia præstantissimū esse medicamētū asserit Pādectarius, ita, ut quidā semistulti facti, hoc semine ad uigesimū usq; diē ī puluere hausto drachmę pōdere, pristinę sanitati fuerint restituti, ideo quātitas â quodā exorcista proposita, nec unica uice tantū exhibita, sufficiēs est. Antirrhinū, uel Lychnisagriā, seu Anorochinū dictum, si qs appensū gestet, nullo malo medicamento, aut ueneno lædi posse Diosc. ac Plinius tradūt: eā adeo Scorpionib. infensā esse, recēset Matthiolus, ut ipsa uisa tor pescāt. Arte misiam secū habentibus, mala medica mēta nocere nō posse scribit Author libri simplicium, qui inter spurios Galeni relatus est: ex cuius etiam sententia uteri affectibus mirum in modum prodest. Abrotonum etiam efficacissimam esse herbam aduersus omnia ueneficia, quibus coitus inhibeatur, testatur Plinius, quam quidem excalefacere, ac siccare excessu tertio, sentiunt Græci authores, quamuis minorem caliditatem, ac siccitatem

li. 4. cap. 129

lib. 25. c. 10

lib. 21. c. 21

Auicenna illi ascribat. Iis, qui quotidie Betonicam gustãt; nulla nocitura mala medicamenta ex aliorum sententia
lib.25.c. 10. refert Plin. Molym Rutam syluestrem
l.7.Sim. a Galeno dictam; contra summa veneficia ab Homero demonstratam esse
lib.25.c. 4. idem Plin. scribit, quæ quidem est tenuium partium, ac calida excessu tertio. Præterea Mithridation, Scorditem, Cẽtaureum, & quamplures alias herbas, aduersus magicas artes pollere, auctor
lib. 25. c.10. est Plinius Gagatẽ lapidem suffitũ depræhendere Sonticũ morbum, recrea-
lib. 5. c. 103. reque vteri strangulatus, scriptis tradiderunt Diosc. & Plin. Sonticum mor-
lib.36.c. 19. bum veteres appellabant illum, qui ità
lib.3. de Antido. grauis est, vt functiones consuetas impediat: ideo Mesue habet oleum quoddam ex Gagate sacratum dictũ, quod Dæmoniacis, Epilepticis, ab uteroque suffocatis saluberrimum esse, ait. Sulphur habuisse in religionibus locum
lib.35.c. 15 ad expiandas suffitu domos Plin. testatur; quod quidem sulphur calefacit cũ
Diosc. li. 5.ca.83. tenuitate partium, suffitu Letargicos excitat, & Comitiales depræhendit;

Multa

Multa alia laudantur à recentioribus pro curandis ueneficijs, depellendisq; ſpiritibus malis,ut Sabina,Palma Chriſti, Ariſtolochia, Aſteratticus,Tuſſilago,Peonia,Saluia, Anethũ, Marrubiũ, Chamæpitys,Cyclamen,Allium,Sclarea;Fęniculum, Laurus,Galega,atque Cupreſſus. Sabina calefacit, & ſiccat ordine tertio, cum tenuitate partium. Palmæ Chriſti radices ex Petro Andrea Matthiolo,Maniacis datę,magno ſunt iuuamento;& ſeminis drachmam vnam in uino propinatam, neruorum affectibus auxiliari. addit Nicolaus Florentinus,radicis decoctum etiã Epilepſiam, & multo magis Quartanã curare. Ariſtolochiam,quam Gal. calidã, & ſiccam ſtatuit, venenis reſiſtere Dioſco.& contra ſerpẽtes ualere Plin. Comitialibus, & Conuulſis,& alijs huiuſmodi prodeſſe Galenus, tradiderunt. Aſteratticus, Bubonion, & Inguinalis dicta,mixtæ facultatis eſt, vt Roſa, refrigerat enim paulisper, digerit, & exſiccat,& hanc non ſolum illitam,ſed & ſuſpenſam bubones ſanare, & aduerſus

6. ſimpli.
Pli.li.27 cap.5.

ſus ſerpẽtes valere creditur. Tuſſilaginis, Farfaræ nuncupatæ folia uirẽtia, refrigerare, & humectare, ſicca uero calefacere, Tuſſes, ac Orthopnęas, abſceſſuũq; thoracis ruptionẽ iuuare, nõ eſt dubitandũ. Peonię vniuerſũ tẽperamẽtũ eſſe tenuium partium, & exſiccatorium & in caliditate aut ſymetrum, aut paulò calidius, necnon eam alligatam, puerorum Epilepſiam curare aſſerit Galenus, eiuſque grana quindecim in aqua mulſa, aut uino pota Suppreſſionibus nocturnis, Vuluę ſtrangulationibus auxiliari, auctor eſt Dioſcor. Saluia manifeſtè calefacit, ac leuiter aſtringit, & aduerſus Scorpiones, ac Serpentes efficax eſt, necnon ad omnes frigidos capitis affectus, ut omnes praxim exercentes ſciunt. Anethum calidum, & ſiccum temperamentum habet, urinam prouocat, ac doloribus internis ex frigore ſuccurrit. Marrubium, ſeu Praſſium excalefacit exceſſu ſecundo, & deſiccat tertio, et ijs qui uenena hauſerũt, aut a ſerpentib. demorſi ſunt, præter alia, auxiliatur. Chamępitys, quæ &

l. 6. ſimp. l. 3. c. 40

Iua

lua dicitur, easdē primas possidet qualitates, & ad Iecoris, ac Cerebri affect' frigidos efficax est. Cyclaminus calefacit, & siccat ordine tertio. Alliū excessu quarto. Fœniculum magis calefacit, minus uerò exsiccat. Lauri folia & fructus desiccant, ac calefaciunt uehementer, plus etiam fructus quam folia Galegæ. Rutæ caprariç dictæ uis maxima inest aduersus pestilentiam, ac lethalia medicamenta, Comitalem morbum, ac Lumbricos enecandos. Cupressus uerò refrigerat, & astringit, ac siccandi uim habet, uti tradunt Dioscorides, & Galenus. *li.1.c.86* *l.7.simp.* Inter ea, quæ pro suffumigijs usurpantur, Thus excalefacit ordine secundo, desiccat primo, fugat tristitiam, & cor lætificat, conuenitque omnibus eius affectibus. Myrrha excalefacit, & siccat excessu secundo, prodest quartanarijs, & ponitur in Antidotis, quę pro ictibus uenenosis animalium, & pestilentia parãtur. Galbanum uim calefaciēdi ordine secūdo cōpleto, & siccandi in fine

ptimi, aduersatur toxicis, & Comitiales, vulnę strangulationes, patiētes vertiginososque olfactu suscitat. Ladanum calefacit excessu primo completo, habens paululū astrictionis. Garyophyllum calefacit, & siccat ordine tertio; Moscus uerò in tertio siccat, & in secūdo calefacit, cor frigidum, ac tremulum roborans, ita ut omnia, quę pro suffitu assumunt, ut Styrax, Pix, & alia nōnulla, calida facultate sint prædita.

QVOMODO RES NATVRALES, ac sensibiles agere possint in spiritus malos. Cap. IX.

CVm ex auctoritate cum antiquorum, tum recentiorū, Exorcistarumque, nōnulla sint medicamenta, ut in superiori explicatum est capite, quę non solum ueneficijs medentur, uerumetiā spiritus malos eijciunt, merito dubitari potest, (vt aliàs etiā a doctissimis uiris fuit dubitatum,) qua ratione res istę naturales, ac sensibiles, uim habere possint in dæmones, cum res corporeæ in spiri-

ſpiritum natura agere non poſſint, & cum morbi venefici ſint ab agente nõ phyſico, & niſi ab auxiliis nõ phyſicis profligari poſſint, & tamen in ſacris uo luminibus ſcriptum eſt; Cordis, ſeu Ie- *Thob. c. 6. & 8.*
coris particulam cuiuſdam piſcis ſuper carbones poſitam, ſuo fumo extricare omne genus dæmoniorũ: & quod Dauidis melodia expellebat ſpiritum malum a Saule. Et Ioſeph teſtatur, in *lib. 8. antiquit. c. 6.*
exercitu Titi fuiſſe quendam, qui per lapidem annuli dæmones expellebat a corporibus obſeſſis, & alium exorciſtam ſe profitẽtem, qui ſe præſente eiecit dęmonem, cuiuſdam herbæ radice ſuppoſita naribus obſeſſi. Hieronymus etiam Cardanus refert, panaceum quẽdam medicũ exhibito medicamẽto, ut ſuperius dictum eſt, philariũ dęmoniacũ ſanaſſe; Quod ſi res iſtę exteriores nihit proficerent, ſacri Canones ueniã *26. q. 7.*
non darent, ut energumeni, ſeu ut ipſi dicunt, dęmonium ſuſtinentes, poſſint habere ſine incantatione lapides, ac herbas, quæ tamen fuit D. Hieronymi ſententia. Pro diluẽda hac difficili quæ

in 3. quo lib. q. 8. ſtione Richardus de Mediauilla reſpondet, quod etſi res ſenſibiles ut herbæ, harmonia, & aliæ ſimiles, ſua naturali uirtute omnino reijcere uexationē illatam a dęmone ipſi homini, non poſſint; eam tamen mitiorem, ac leniorem reddere poſſe, ità ut ſi moleſtia, quę a dæmone infertur ſit parua, ac leuis, eā res exteriores penitus auferre poſſint, non in dæmonem, ſed in dæmoniacum agēdo, cum ex rebus illis adhibitis oppoſita introducatur diſpoſitio illi, quā dæmon immiſit, uel expetit. Alii dubitationem propoſitam aliter explicant, quod quæcunque fiunt circa corpora obſeſſa, dæmones in ſuam deſpectionem ac ludibrium recipiunt, & potiſſimum ubi ſunt irriſiua, ſeu afflictiua, ut ſunt fœtida, amara, & alia huiuſmodi, & hac ratione quodammodo coguntur ad fugam, & a moleſtia inferenda deſiſtendum. Tertia reſponſio eſt, quod cum iſta interdum ſint ſigna, & afflictiuorum ingerant memoriam: ſicut ſulphur cum igne, monumentum eſt carceris infernalis, & ruta amari cru-

ciatus

ciatus Christi, ac sanctę Crucis, cuius formam in omni sua parte reprępsentat, & thus in igne positus orationes ex caritate prodeuntes; quæ omnia cùm dæmones ualdè abhorreant, ac detestentur, hinc est ut eos etiam in fugam uertant, & expellant.

Vltima ambiguitatis expositio, & ueritati magis consona est, quod si res illæ piè, ac deuotè adhibeantur, tanquam instrumentum diuinæ iustitiæ in dæmones agunt, illosque ab humanis corporibus detrudunt, necnon eorum effectus, operaque uenefica destruunt, ac remouent: quibusdam enim rebus Deus indidit uim, ac facultatem quandam dæmones compellendi, & eiiciendi, ac Energumenos iuuandi, cum conueniat iustitiæ diuinæ pro infligēda malis spiritibus pęna, eos actionibus rerum sensibilium subiicere, qua pœna, dempta priuatione diuinæ uisionis, nulla maior eis infligi potest. Debent tamen res istę, ante quam adhibeantur, benedici, ac exorcizari, precibus enim additur non exigua

propriæ

proprię uirtuti energia ob Christi, sanctorumque merita, alioqui hi spiritus in exitu magis nocere possent, ut sæpè faciunt.

DE CVRA STERILITATIS, AC coeundi impotentiæ ex maleficio. Cap. X.

QVanquam ex tradita uniuersali ratione curandi ueneficos morbos, sterilitas, ac ueneris impotentia curari possint, nihilominus cum inter ueneficia hæc sint magis frequentia, & ex ipsis multa, ac magna sequantur mala, rē utilem me factū esse existimaui, si horum ueneficiorum peculiarem etiam traderem curationem, quę remediis cum diuinis, ac humanis, tum ex àliquali industria nostra perfici poterit. Quo ad diuina auxilia, cùm sæpenumero, ac ferè semper inferantur huiuscemodi ueneficia his, qui Dei gratia destitutisunt, ex matrimonii abusu pessimo, Isaac inter Arabes medicus præstantissimus, consulit, ut coniuges peracta peccato-

rum

rum suorum cõfessione, sacratissimum Iesu Christi corpus sumant reuerẽter, & potissimum in diebus magis solennibus, ut in utroque Pascate, in Ascensione Domini, ac similibus, & postea dent ad inuicem oscula pascis, & Sacerdos illis benedicat, & postquã triduo se se à uenere abstinuerint, debitum coniugale persoluant: Quod si occulto Dei iudicio, uel ex aliqua coniugum culpa ueneficium non soluatur, orationibus sedulis, ieiuniis, aliisque suprascriptis operibus piis uacare debeant. Ad sacrificia sępius cõfugiant, peregrè proficiscantur, ac sanctissimę Virginis, uel aliquorum sanctorum limina uisitent, frequenterque peccata sacerdoti confiteantur, ac sacra uescantur Eucharistia, & Exorcismis ab Ecclesia huic rei peculiariter dicatis religiosè utantur. Interim poterunt & remedia medica experiri: ideo si aliqua manifesta qualitas in maleficio appareat, pharmacis aduersus eã operantibus benedictione munitis, tuto, ac utiliter uti poterunt: quod si nulla maleficii caussa manife-

sta in-

ſta innoteſcat, nõnulla recenſentur ab auctoribus remedia, quæ niſi occulta, ac ignota facultate eos iuuare poſſunt: ideo Cleopatra medicus ſcriptis tradidit, quod fel coruinum cum oleo Seſamino miſtum, ſi ex eo uniuerſum corpus liniatur, ligatos adiuuat. Iſaac etiã teſtatur, quod ſi coniuges fel alicuius piſcis, & maximè Zangarini uulgò dicti ſecum habuerint in paropſide Iuniperi, & ante quam ſomnum capiant, ſupra carbones poſitum fumigentur, omnia ueneficia euaneſcent. Nicolaus Florentinus laudat Theriacã cũ ſucco Hypericonis exhibitam, & Hypericon ad formam emplaſtri renibus appoſitum. Ioannes de Vigo ait, quod Picus auis aſſata, uel elixata, ſi comedatur, habet uirtutem ſoluẽdi maleficiatos. alii uolunt Abrotonum oleo illitum, & cum uino ſumptum, non parum prodeſſe: quod a Plinio acceperunt. Superiores auctores & alia proponunt remedia, quę quoniam metu ſuperſtitionis haud carent, ſilentio inuoluere uolui. Tandem inſtrumenta ueneficij diligenter

ligenter perquirenda ſunt, & in puluinaribus, in indumentis, ac in liminibus, & inuenta, ſtatim igne benedicto comburenda ſunt; omnia indumenta, cubile, & etiam domus mutāda ſunt, & quādoque etiam propria ciuitas deſerenda, & iuuat quàmplurimum peregrè proficiſci, & ſi malefica innoteſcat, muneribus, ac precibus eſt roganda, ut ſoluat ueneficium, non quidem alio ueneficio, ſed ablato fœdere inter ipſam, ac dæmonem inito, ac ſigno maleficii deſtructo. Quamplures alii uenefici morbi eiſdem ferè remediis, ac aliis relatis in cura uniuerſali, aboleri poterūt, quæ prudens Exorciſta, ac Medicus adhibere poterunt.

F I N I S.

Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Pſ. 113

INDEX
RERVM NOTABILIVM
QVAE HOC OPERE
Continentur.

A

in sta-

Cura-

F

Fran-

Iacobi

L

Magę

N

Obſeſ-

de

Vene-

FINIS INDICIS.

ERRATA SIC CORRIGE.

Pag.2.b lin. 3 maleficias leg. maleficas pag. 8. lin. 20 iudicum leg. iudicium p 8 b. l. 24 Iuo Carnotensis leg. Iuo Camotensis p. 9 l. 20 scilicet leg. Sanctus & lin. 24 hausta leg. ha[illegible] p. 10 l. 19 b. Quo Qui p. 14. b l. 19 cui datur occidatur p. 16. b l. 13 corruptibiles corruptibilẽ p. 20 l. 13 pallere & manus. leg. paleas, & torpedinẽ manus p. 28. b l. 6 priori primi & lin. 22 hæc hac p 29 l. 17 Rami Ra[illegible]i p. 32 lin. 15 Abraraujus Alzauarius p. 32. b l. 9 esse subtrahendo leg esse contra legem diuinam & hominis charitatem subtrahendo p. 36 l. 11 penitus leg. perittis p. 46. b l. 6 efficere afficere pag. 47 lin. 10 tanta tantum p. 47. b l. 7 sui seu p. 48 l. 24 ius vis p. 49. b l. 17 mutari mutati p. 53. b lin. 3 periculo periculis lin. 17 dixerunt dixerint lin. 22 iustum esse. visum homini esse p 56 l. 6 auibus anibus p. 56 b. l. 9 sanguineãt sanguescant ibid crescant arescant lin. 15 possum dare pessundare p. 58. b l. 13 nec hæc p. 59. b l. 21 nasibus naribus p. 70. b l. 13 contextus conceptus p. 81 l. 1. se l. esse l. 15. corporibus adde cęlestibus p. 82. b lin. 1 a Deo l. adeò p. 83 b. l. 22 ariete l arcete p. 84 b. l. 20 & quæ l. qui & lin. 21 euaniunt l euanuuit p. 86 l. 3 tributus l. imbutus lin. 24 quod l. qui p. 87 b. l. 6 quod l. qui p. 89 l. penult. accidũt l. accedunt p. 94 b. l. 2 mali l. mala p. 95 l 15 suæ l. seu p. 95 b. l. 4 consueuerit l. consueuit & lin. 22. quid l. qui p. 96 l. 2 ius l. uis p. 101 l. vlt. vt dantur dele dantur p. 104 l. 11 agnis l agris p. 106 b. l. 20 ve l. vel p. 111 l. 4 quẽ l. quam p. 111 b. l. 3 maiores l. maiorem pag. 112 lin. 17 orto l. scorto p. 119 l. 15 verberatur l. verebatur p. 119 b l. 16 potius l. potitus p. 120 lin. 8 euidenti l. accidenti p. 121 b. l. 1 cedes l. ædes pag. 126 l. penult. pugnantur l. pungantur p. 127 l. 11 quod dele p. 128 l. 3 corruptæ l. correptæ car. 173 l. 13 seruiendi l. sæuiendi l. 20. quidem l. quidam p. 139 l. 23 fauent l. fouent p. 142 b. l. 6 pemon l. demon l. 16 inæquitãtur l. ineantur p. 144 l. 13 n l. in & lin. 20 inductum l. inclusum l. penult. quo l. qui p. 145 l. 6 constrictis l. coniectis p. 145 b. l. 2 & e cęlo l. & ignis è cęlo l. vlt. flumina l. fulmina p. 150 l. 22 hominibus l. omnibus p. 151 b. l. 9 se deligatas l de ligatas l. 20 negocijs l. negocij eadem lin. notus l. motus p. 157 l. 8 pius l. prius p. 159 l. 10 pęnę l. pœna & lin. 18 sit l. sint lin. 22 nec l. ne p. 162 b. l 5. pilos l. pilis eadem l. plumas l. plumis pag. 163 l. 9 filius l. filicis & li. penul. insistit l. insit p. 165 l. penul. euanescens l. euanescent p. 165 b. l. de diuina & tertio, dele totum p 175 l. 13 Sanctum l Sancta & li. 22 cons[illegible]ipti l. cõscriptis p. 175 b. l. 9 ommissa l. immissa pag 179 b. l. 12 medi[illegible]crie l. [illegible]ediocria lin. 24. autem l. acetum p 181 l. 15. lanariæ l. lanaria [illegible]n. 22. exclaminis l. cyclaminis p. 183 l. 24 vtilius l. ut illius pag. 184 b[illegible] se cæsum l. sessum p. 185 l. 9 Helebori leg. ellebori & lin. 19 B[illegible]osis leg. Biliosis p. 189 l. 17 gentium honore leg. gentium hoc honore. p. 22 l. 20 putet patet p. 136 lin. 22 Cana l. Diana.

Sæpe etiam reperies veneficio pro venefico, & è contra. & reliqua quæ ob Typographorum incuriam irrepserunt, quæ omnia erudito lectori corrigenda relinquimus.